


35351, VII, B, e 12

eingestellt,



# Latinske vadbe

za


drugi gimnazijski razred.

---

Sestavil

**Fr. Wiesthaler**

c. kr. gimn. ravnatelj.



**II. natis.**

---

Cena vezani knjigi 3 K 20 h = 1 gld. 60 kr.

---

V Ljubljani.

Tiskala in založila Ig. pl. Kleinmayr & Fed. Bamberg

1896.

Lattinske vabbe

1707 gimnazijski razred

Mr. Wiesenthal

Prague

1887

Dear Sir

Yours faithfully

W. Wiesenthal

1887

# I. Vadbe.

## Verba deponentia.

### Prva konjugacija.

#### I.

1. Imitēmur exempla bonōrum! 2. Si exempla bona semper imitārēmini, meliōrēs et sapientiōrēs essētis. 3. Sapientēs virī nūquam dīvitiīs glōriābuntur. 4. Proprium est hominibus magis nova quam māgna mīrārī. 5. Stultum est vēnātum dūcere invītās canēs. 6. Dux militēs hortātus, ut fortiter pūgnārent, hostēs invāsit. 7. Māgnitudinem animī tuī semper admirātī sumus. 8. Nōtum est, cur Rōmānī Hannibalī insidiātī sint. 9. Nōn laetātī essētis, sī haec perīcula vōbīs mināta essent, in quibus nōs versābāmur. 10. Rōmānī Galliae gentēs, quae adversārī cōnātae erant, omnēs superāvērunt. 11. Nōn semper, quī orātiōnem bonōrum imitātus erit, facta quoque (eōrum)<sup>1</sup> imitābitur. 12. Deum precātūrī caelum contemplāmur. 13. Alexandrum Māgnū ingēns rēgnū Persārum cum XXXV militum milibus occupāre cōnātum esse nōtum est.

#### II.

### Reki.

1. Frūstrā cōnātur, cui Deus nōn auxiliātur. 2. Multī rixantur dē lānā saepe caprīnā. 3. Ubi cupiditās dominātur, innocentiae leve est praesidium. 4. Imprīmīs venerāre Deum, venerāre parentēs! 5. Nulla minantis auctōritās apud liberōs. 6. Cunctantem hortāre! 7. Cōnsōlātor miserōs, ut Deus tuī recordētur in calamitāte! 8. Prīma causa bellōrum saepissimē fuit cupiditās dominandī. 9. Deus colendus et venerandus est. 10. Māgnās rēs cōnātūrus cōgitā, quis tibi auxiliātūrus sit!

<sup>1</sup> Kar stoji v okroglem oklepu ( ), to je le v jeziku, iz katerega se prevaja, nepotrebno in se torej sloveni (oziroma latini).

## III.

*Puer mendāx.*

Puer, cūstōs ovium, saepius colōnōs in (*na*) auxilium implōrābat, quasi lupum cōnspicātus esset. «Lupus, lupus!» clāmābat, «succurrite mihi!» Colōnī celeriter ad puerum properant et, cum lupus nūsqum appāreret, ad opera sua discēdunt. Hāc rē puer māgnopere laetātus est et ita aliquotiēns colōnōs advocātōs illūsit. Tandem rē vērā lupus in gregem irruit. Tum puer vehementer lāmentātus est et miserābili vōce ōrāvit, ut sibi (*njemu*) et gregī auxiliō venirent. Sed colōnī totiēns illūsī fidem eī nōn habuērunt. Ita lupus liberē in (*med*) ovibus grāssātus est et dēnique ipsum puerum lāmentantem dilacerāvit.

## IV.

*Agricola et filiū.*

Agricola senex cum mortem sibi (*mu*) appropinquāre sentīret, filiōs suōs advocāvit et ad concordiam hōc exemplō adhortātus est. Fascem virgārum iis porrēxit et, ut fraagere cōnārentur, hortābātur. Id autem cum peragere nōn possent, distribuit singulīs singulās virgās, quās illī celeriter frēgērunt. Tum pater eōs docuit, quam firma esset concordia quamque imbēcilla discordia.

## 1.

1. Mnogi ljudje se ponašajo celó [s]<sup>1</sup> svojimi napakami. 2. Posnemajmo hrabra dejanja svojih očetov! 3. Aleksander Véliki je občudoval in posnemal Ahila. 4. Kaj bi ljudi v nesreči tolažilo, ko bi ne bilo nobene nade (= ne bila nobena nada)? 5. Nesrečnik se bo tolažil [z] nado boljših časov. 6. Ne morem [ti] povedati, kako zelo [da] sem te občudoval. 7. Herkul je ubil mnogo roparjev, ki so bili popotnike zalezovali. 8. Ko je bil poveljnik ohrabil naše vojake, da naj bodo (imperfect.) pomljiivi [svoje] poprejšnje hrabrosti, so pogumno napadli sovražnike. 9. Prijetno mi je pogosto bivati (= gibati se) med zvestimi prijatelji. 10. Znano nam je, da so častili mnogi narodi živali [po božje]. 11. So napake, posnemajoče čednosti. 12. Nesrečniki se [morajo] tolažiti.

## 2.

*Agezilaj.*

Opominjan od prijateljev, da naj poslušā (imperfect.) človeka, ki [s] čudovito umetnostjo posnema (cōni. imperfect.) glas slavčev, je dejal Agezilaj, kralj lacedemonski: «Prepogosto sem slišal slavca samega.»

<sup>1</sup> Kar je v oglatem oklepu [], to se ne latini.

## Druga konjugacija.

### V.

1. Deus nōs tuētur et semper tuēbitur. 2. Audīte, iūdicēs, et miserēminī meī, miserrimī hominis! 3. Multī, quī aliīs fēlicissimī vidēbantur, sibi ipsīs vīsī nōn sunt. 4. Omnēs tuī miserērēmur, sī peccātum tuum fatērēris. 5. Nūmquam verēbimur peccāta nostra fatērī. 6. Caelum intuentēs cōnfītēbimini: māgna est Deī potentia! 7. Athēniēnsēs Miltiadem dē rē publicā optimē meritum accūsāvērunt et condemnāvērunt. 8. G. Jūlius Caesar Aeduīs, quī dē populō Rōmānō bene meritī erant, auxilium contrā Helvētiōs pollicitus est. 9. Utinam miserōrum semper miseritī essētis! 10. Vērū fatēmini; id sī fassī eritis, culpā liberābiminī. 11. Catilinam sociīs suīs maria et montēs pollicitum esse nōtum est.

### VI.

#### Reki.

1. Ferrum tuētur prīncipem, at melius fidēs. 2. Miserēre pauperum! 3. Quī deōs fallunt, hominēs nōn verentur. 4. Quī tacet, cōnsentire vidētur. 5. Tuēre dignitātem tuam! 6. Verentor puerī senēs! 7. Dē rē publicā optimē merēberis, sī eam in periculīs tuitus eris. 8. Bene dē rē publicā merēri glōriōsum est. 9. Amicitiae summā fidē tuendae sunt. 10. Aliōs tuitūrus etiam tē ipsum tuēre!

### VII.

#### Cyrus.

Cyrus, quem puerī rēgem ēlēgerant, nōbilis cuiusdam virī filium pūnivit, quia eī nōn pāruerat, sed adversātus erat. Pater puerī pūnitī rēgī rem renūntiāvit, precāns, ut Cŷrum castigāret. Rēx Astyagēs Cŷrum ad sē vocāvit atque hortātus est, nē culpam suam fatērī verērētur. Hic autem liberē (= *prostodušno*): «Puerī mē», inquit, «rēgem ēlēgērunt et fidem mihi pollicitī sunt. Cēteri omnēs mē ut rēgem verēbantur imperiōque meō pārēbant, ille autem adversābātur; itaque poenam meritus est.»

### VIII.

#### Fabricius.

Cum vicīna castra Fabricius et Pyrrhus habērent, medicus Pyrrhī ad Fabriciū vēnit, prōmittēns sē Pyrrhum venēnō occīsūrum esse, sī quid (= aliquid) sibi (= *njemu*) pollicērētur. Fabricius

medicum vinctum redūcī iūssit ad dominum Pyrrhōque dīcī, quae contrā caput ēius medicus pollicitus esset. Tum rēx Pyrrhus admīrāns exclāmāvit: «Fabricius difficilius ab honestate, quam sōl ā cursū suō āvertī potest!»

## 3.

1. Meni se zdi vselej smrt onih bridka, ki snujejo kaj velikega. 2. Mladenīci lacedemonski so spoštovali najbolj starce. 3. Poglejte nebo in bojte se mogočnosti Božje! 4. Ko bi nam obetali lažnivi ljudje morja in hribe zlata, ne verovali bi jim. 5. Svoje zmote priznati ni sramotno. 6. Pridobivši si mnogo zaslug za državo je moral Ciceron svojo domovino zapustiti. 7. Ako se svojih grehov izpovemo (fut. II.), bode se nas Bog usmilil. 8. Kaj si svojim tovarišem obljubil? 9. Spoštovali ste [svoje] starše; zato vas bode Bog tudi varoval. 10. Kar smo bili obljubili, smo zvršili: branili smo državo v največih nevarnostih. 11. Izpovejte se svojih grehov, da se vas Bog usmili! 12. Slavno je pridobiti si (= pridobivši biti) za domovino mnogo zaslug. 13. [Po] izpovedbi (= izpovedanju) se krivda zmanjša. 14. O kralj, usmili se mene, usmili se mojih staršev! 15. Komu je neznano, kaj [da] je Katilina obljubil svojim tovarišem in prijateljem?

## 4.

Dobri ljudje se [morajo] spoštovati.

1. Spoštujte, dečki, dobre ljudi in posnemajte njih čednosti! 2. Občujte (= gibljite se) le z dobrimi! 3. S komer (plur.) bodete namreč občevali, tega (is, plur.) bodete posnemali. 4. Prav dobro ravnate, ako se morete ponašati [s] hvalo dobrih [ljudij]; prav slabo [pa] ravnajo [tisti], ki niso poslušni opominjajočim dobrim [ljudem]. 5. Toda vsak (p'ur.) ne bode dober, ki se vam bode dober (biti) zdel. 6. Včasih so bili najhujši [taki], ki so bili na videz (= so se zdeli biti) najboljši.

## Tretja konjugacija.

## IX.

1. Malī dē aliīs male loquuntur; bene enim loquī nesciunt. 2. Revertāmur in patriam! 3. Diē certō annī apud Rōmānōs dominī cum servīs vescēbantur. 4. Malus miles erit, quī imperātōrem gemēns sequētur. 5. Magistrātūs sunt lēgēs loquentēs. 6. Hominēs optant, ut adipiscantur senectūtem, eandem accūsant adeptī. 7. Vetus quīdam



scrīptor questus est, quod fortius multī prō patriae libertate loquerentur quam pūgnārent. 8. Victōriā nēmo clēmentius ūsus est quam Caesar. 9. Cum Pompēius ex Asiā reverterētur, Caesar iam in Galliam profectus erat. 10. Cui vestrum nōtum est, quā nocte Alexander Māgnus nātus sit? 11. Nēminī? Ergō omnēs oblītī estis Alexandrum eādē nocte nātum esse, quā templum Diānae Ephesiae dēflagrāvisset (*v slov. indicāt. perf.*). 12. Nōn questī essētis, sī, quod spērāvistis, adeptī essētis. 13. Quī virtūtem adeptus erit, ā nōbīs diligētur. 14. Iniūriam vestram obliviscendō ultī sumus.

## X.

*Praecepta vitae.*

1. Quod sentīmus, loquāmur; quod loquimur, sentiāmus! 2. Peccātīs irāscāmur, nōn peccantibus! 3. Cavē, nē labāris! 4. Sī nātūram ducem secūtus eris, nūmquam labēris. 5. Audī multa, loquere pauca! 6. Auribus frequentius ūtere quam linguā! 7. Sic loquere cum Deō, tamquam hominēs audiant! 8. Rem tenē, verba sequentur! 9. Nūmquam irāscere et irātus nēminem umquam pūnitō! 10. Nūmquam obliviscitor, quanta bona ā Deō nactus sis! 11. Nē quaerās voluptātem, nisi officiīs fūctus! 12. Vitā dēfūctūrī animam Deō commendēmus! 13. Ultūrus aliquam iniūriam sequere religiōnis praeceptum: obliviscī melius est quam ulciscī!

## XI.

*Equus et asinus.*

Asinus, cui agāsō post gravēs labōrēs paleam tantum praebēbat, fortunam suam querēbātur et equum beātum praedicābat, quod eī nūmquam graviter labōrantī dominus semper māgnam pābuli cōpiam praebēret. Cum autem equus in bellō vulnerātus lāpsus esset et animam efflāvisset, asinus sortem eīus querēbātur et suam (sortem) praedicābat.

## XII.

*Sōcratēs.*

1. Athēniēnsis quīdam filium adulēscētem ad Sōcratem mīsit, ut indolem eīus spectāret. Paedagōgō dicentī: «Pater ad tē, Sōcratēs, mīsit filium, ut eum vidēres,» Sōcratēs: «Loquere igitur,» inquit, «adulēscēns, ut tē videam!»

2. Sōcratēs, quamquam omnium sapientissimus erat honestissimēque vixerat, ita in iūdicīo capitis prō sē locūtus est, ut nōn supplex

aut reus, sed magister aut dominus vidērētur (esse) iūdicium. Quī etiam cum eī scrīptam orātiōnem disertissimus quīdam orātor prōposuisset, ut eā prō sē in iūdicīo ūterētur, nōn invitus lēgit et commodē scrīptam esse dīxit. «Sed orātiō tua,» inquit, «diserta mihi vidētur, fortis et virīlis nōn vidētur.» Ergō ille damnātus est. Cum interrogātus esset, quam poenam sē meritum esse cōnfitērētur, respondit sē meritum esse, ut amplissimīs honōribus et praemiīs decorārētur et sibi (*mu*) vīctus cotīdiānus in Prytanēō publicē praebērētur, quī honor apud Graecōs māximus habebātur. Tum iūdicēs irātī hominem innocentissimum capitis condemnāvērunt.

## XIII.

*Aptē dicta.*

1. Zēnō, philosophus Graecus, adulēscēntulō ineptē multa loquentī: «Idcircō,» inquit, «aurēs habēmus duās et ūnum ōs, ut plūra andiāmus quam loquāmur.»

2. Themistoclēs Serīphiō cuidam, quī in iūrgiō dīxerat nōn eum suā, sed patriae glōriā splendōrem assecutum esse: «Neque hercule,» inquit, «sī ego Serīphius essem, neque tū, sī Athēniēnsis, clārus umquam fuissēs.»

3. Cornēlia, māter Gracchōrum, quī postea māximam glōriam adeptī sunt, aliquandō ā mātṛōna quādā invitāta erat. Haec eī omnēs opēs suās pulcherrimās ōstendit. Deinde, cum eadem mātṛōna ad Cornēliam vēnisset, haec eam sermōne trāxit, quoad ē scholā reverterentur puerī. Tum: «Hae,» inquit, «meae sunt opēs!»

## 5.

1. Slava sledi čednost tako rekoč [kot] senca. 2. Učitelji se pogosto pritožujejo o lenobi učencev. 3. Vsi ljudje naj svoje dolžnosti izpolnjujejo! 4. Sokrat se ni nikdar jezil. 5. Ko je Cezar odhajal, ni se še bil povrnil Pompej. 6. Brez napake se nihče ne rodi in se ne bode rodil. 7. Molčati je boljše nego govoriti: ono redkokedaj, to pogosto škoduje. 8. Krivica se [ima] pomaščevati [z] dobrotami. 9. [Kdor] je padel (= padši), se varuje, da drugič ne pade. 10. Katera mati je kedaj pozabila svojih otrok? 11. Ker sem bil primerno priliko dobil, sem potoval z nekaterimi prijatelji v Italijo. 12. Znano vam je ime onega pevca (= pesnika), katerega so bili sledili gozdovi in zveri, ko je pel (cōni. imperf.). 13. Vemo, da se je Cezar, vrnivši se iz Hispanije, takoj napolil proti Pompeju. 14. Alcibijadovi

sovražniki so čakali onega časa, ko (= [v] katerem) bi bil odrinil, da bi nenavzočnega zatožili. 15. Blažen bode, kdor bo [prej] srečno končal [svoje] življenje.

6.

O zvitosti Hanibalovi.

Ko je Hanibal v Italijo marširal (= potoval), ga je zapustil (pass.) del zaveznikov, pozabivši [svoje] dolžnosti. Skrivaj se je sicer silno jezil. Vendar, da ne bi ostali zavezniki posnemali (= sledili) onih vzgleda, je rekel očitno, da so (oni) odrinili [na] njegovo (suus) povelje. Vrh tega je v (in c. accūs.) potrdbo (fidēs) te reči postal v domovino še (= tudi) več drugih, o katerih zvestobi je dvojil.

Četrta konjugacija.

XIV.

1. Voluptās sēnsibus nostrīs blandītur. 2. Moneō vōs, nē adūlēmini nēve mentiāmini; nam turpe est adūlārī et mentīrī. 3. Iam pater Hannibalis bellum cum Rōmānīs mōliēbatur, quod Hannibal gessit. 4. Dux imperāvit mīlitibus, ut castrīs hostium potīrentur. 5. Vir bonus cōnsōlābitur miserōs, tuēbitur innocentēs, fungētur officiīs, blandiētur nēminī. 6. Philippus, rēx Macedonum, bellum contrā Persās mōliēns occīsus est. 7. Xerxēs Athēnīs potītus urbem ipsam praeter arcem dīruit. 8. Itinerum spatia Rōmānī pāssibus mēnsī sunt; nōs ōlim pedibus mēnsī erāmus, nunc metrīs mētīmur. 9. Optimē scīmus, quod expertī sumus; sī nihil expertī essēmus, nihil scīrēmus. 10. Mīlitēs praedam partītūrī dē singulīs partibus sortiēbantur. 11. Nihil umquam oriētur et nihil ortum est sine Deō. 12. Livius historiam Rōmānam ā Trōiānōrum errōribus ōrsus est. 13. Nē cōfundātis, dīscipulī, oriendī et ōrdiendī verba!

XV.

*Cavē, nē mentiāris!*

1. Frōns, oculī, vultus saepe mentiuntur, ōrātiō vērō saepissimē. 2. Callidus enim homo etiam adversandō blandītur, malus suae ūtilitātis causā mentītur. 3. Blandientēs et mentientēs fallunt, ergō parēs sunt. 4. Proinde nē audiās blandientia hominum verba! 5. Mendācium taeterrimum vitium est. 6. Mentiendō nūmquam glōriam adipiscēris, sed tibi ipsī nocēbis. 7. Nam sī semel mentītus eris, iterum

mentiēris neque ūllam posteā fidem inveniēs. 8. Etiamsī peccāveris, tamen nūmqum mentitor! 9. Vetere enim prōverbiō hominī semel mentitō nē vērūm quidem loquentī crēditur. 10. Proinde nē blandiāris nēve sciēns mentiāris, sed semper sequere exempla hominum honestōrum! 11. Imitāre imprīmīs clārum illum Thēbānum, qui adeō vērāx fuit, ut nē iocō quidem mentīrētur!

XVI.

*Philippus et Archidāmus.*

Cum Philippus, rēx Macedonum, post pūgnam apud Chaerōnēam commīssam ad Archidāmum, rēgem Lacedaemoniōrum, superbās literās mīsisset, hunc rescrīpsisse dīcunt: «Sī umbram tuam mēnsus eris, eam nōn māiōrem esse quam ante victōriam intellegēs.»

7.

1. Prijatelji delé z nami radosti in boli. 2. Katilina in njegovih tovariši so snovali rimski državni pogubo. 3. Starši bi ne delili vseh rečij s [svojimi] otroki, ako bi jih ne ljubili. 4. Vse bomo poskusili in, kakor upamo, tudi dosegli. 5. Ljudje običavajo nevarnosti meriti [po] svoji bojazni. 6. Ne poslušajte besed sladkajočih se hudobnežev! 7. Kdo je kedaj neba prostor izmeril? 8. Ker smo bili tvoje prijateljstvo izkusili, nismo se ti prilizovali, ampak govorili smo resnico (= resnično). 9. Verjeli bi vam, ko bi se ne bili [vi] že večkrat zlagali. 10. Začnite! ako dobro začnete (fut. II.), bodete izkusili, kaj [da] premore trdna volja. 11. Hoteč(i) polastiti se mesta Troje so se poslužili Grki zvijače. 12. Ne izkusi vsega (plūr.) sam, ampak veruj včasih izkušnemu (= izkusivšemu)!

8.

O Hanibalu.

Hanibal je [kot] devetleten (= devetih let) deček dobrikajoč se prosil [svojega] očeta, da naj ga (sē) seboj vzame (= pelje, imperfect.) v Hispanijo na (ad) vojno, ki jo je snoval zoper Rimljane, polastiti se hoteč vladarstva [v] Hispaniji (genet.). Oče je njegovim prošnjam ugodil (= ustregel), toda še le tedaj, ko mu je bil prisegel, da bode vedno (= neprestano) sovražnik rimskemu narodu. Znano je, da je Hanibal [kot] mož zvesto (= z zvestobo) izpolnjeval (= držal), kar je bil [kot] deček obljubil (cōni.).

## Verba na io (ior).

### XVII.

1. Victus pūgnā sī nōn fugis, caperis. 2. Oppida vel dolō vel armīs capiuntur. 3. Xerxēs ā Graecīs, quōrum paucitātem dēspiciēbat, fugātus est. 4. Prīnceps bonus cīvēs suōs rēctē facere faciendō docet. 5. Cōsulēs Rōmānī operam dabant, nē rēs pūblica dētrīmentum caperet. 6. Nisi damnō doctī essētis, saepe ab hominibus malīs dēcipēmini. 7. Fugientium aliī capiuntur, aliī interficiuntur, paucī effugiunt. 8. Agricola dīligēns arborēs serit, quārum fructūs nūquam adspiciet. 9. Dēcipiēris, sī omnēs hominēs bonōs esse putābis. 10. Turpe est militī in fugā capi. 11. Moriāmur prō patriae salūte! 12. Omnia, quae captae urbēs patiuntur, passī sumus. 13. Imperātōrēs Rōmānī saepe in mediōs hostēs irruērunt, ut honestē morerentur. 14. Socratēs moriēns dē animī immortalitāte disputāvit. 15. Turpissimum erat militibus antiquīs scūtum abicere in fugā.

### XVIII.

#### **Reki.**

1. Sī sapis, sīs apis! 2. Turpius est dēcipere quam dēcipī. 3. Plūrimum habet, quī minimum cupit. 4. Vēritās saepe odium parit. 5. Nōn est is vir fortis et strēnuus, quī labōrem fugit. 6. Omnēs hominēs bona faciuntō, mala fugiuntō! 7. Melius est accipere quam facere iniūriam. 8. Iniūriam patī melius est quam ulciscī. 9. Dulce et decōrum prō patriā morī. 10. Homo totiēns moritur, quotiēns amittit suōs. 11. Imparēs nātī sumus, parēs moriēmur: aequat omnēs sepulcrum. 12. Quōcumque ingrederis, sequitur mors, corporis umbra.  
 13. Félix, quēm faciunt aliēna perīcula caūtum!  
 14. Áspera disce patī, patiētia próderit ólim!  
 15. Rébus in ángustis fáciľe ést contēmnere vítam;  
 Fórtiter ille facít, qui miser ésse potést.

### XIX.

#### *Nārrātiunculae.*

##### 1. Philippī iūdicium.

Philippus, rēx Macedonum, iūdex inter duōs hominēs malōs cōstitūtus alterī, ut ē Macedoniā fugeret, alterī, ut persequerētur eum, imperāvit.

## 2. Diogenēs.

Cum ūnicus Diogenis servus aufūgisset suādērentque omnēs, ut eum persequerētur: «Nōn faciam», inquit; «rīdiculum enim esset, cum ille sine mē vīvere possit, sī ego nōn possem vīvere sine illō.» Sophista quīdam, ut ostenderet apud Diogenem acūmen ingeniī, ita ratiōcinātus est: «Quod ego sum, tū nōn es.» Cum adnuisset Diogenēs: «Ego», inquit, «sum homo, tū igitur nōn es.» Tum Diogenēs: «Ā mē», inquit, «incipere et rēctē collēgeris.»

## 3. Aemilius Paullus.

In pūgnā Cannēnsī Aemilius Paullus cōsul tēlis obrutus est. Cum eum mediā in pūgnā sedentem in saxō, imbūtum cruōre cōnspexisset quīdam tribūnus mīlitum, dīxit: «Cape hunc equum et fuge, Paulle! Etiam sine tuā morte lacrimārum satis est.» Ad ea cōsul: «Nōn fugiam; tū vērō properātō in urbem atque nūntiātō patribus, ut Rōmam praesidiīs firment!» — Alter cōsul cum paucīs equitibus in oppidum Venusiam effūgit.

## 8.

1. Blaženejšje je dobroto izkazati (= dati) nego prejeti. 2. Kdor ima mnogo, mnogo poželjuje. 3. Stara lisica se ne da (= more) ujeti. 4. Po pravici so Perzijani najbolj zaničevali<sup>1</sup> lažnike. 5. Taka je narava človeška, da vedno večjih [rečij] želimo. 6. Tolik je bil poraz Rimljanov pri Kanah, da [jih] je [le] malo ušlo,<sup>2</sup> večina [jih pa] bilo ubitih<sup>2</sup> ali ujetih.<sup>2</sup> 7. Kdor bode poželjeval, ta isti se bode tudi bal. 8. Sovražniki se ne bodo [dali] vselej [z] zvijačo prevarati. 9. V sreči izbegavaj pred vsem ošabnost! 10. Pogubniši je sovražnik bežečim nego borečim se. 11. S tem, da smo zvijačno bežali,<sup>3</sup> premagali smo sovražnike. 12. Pri Rimljanih je bil zakon: Sužnji, ki razžalijo (fut. II.) [svojega] gospoda, naj se usmrte! 13. Rojeni smo, da umrjemo, umrjemo pa, da se znova (dēnuō) rodimo. 14. Najbolje je trpeti [to], česar ne moremo zboljšati. 15. Kdo ni slišal o onih pogumnih vojskovodjah, ki so planili v sredo<sup>4</sup> med<sup>4</sup> sovražnike, da bi častno umrli? 16. Prenašaj ravnodušno (= [z] ravnodušnjem) telesne<sup>5</sup> in dušne<sup>5</sup> bóli! 17. Ne obotavljajte se umreti za blaginjo domovine!

<sup>1</sup> Latini stavek tudi pasivno!

<sup>2</sup> Imperfect.

<sup>3</sup> Prim. § XVII., stav. 4.!

<sup>4</sup> Prim. § XVII., stav. 13.!

<sup>5</sup> Genetiv substant.

## Bijant.

*Bijant* (Biās, antis) je bil jeden izmed sedmih modrijanov. Nekoč so sovražniki napadli njegovo domovino. Ko se ni dalo (= moglo) zabraniti (odvrniti), da ne (quīn) bi je osvojili, sklenili so državljani pobegniti ter so odnašali mnogo izmed svojih rečij. *Bijant*, vprašan od onih, ki so bežali, zakaj [da] ne stori (imperfect.) istega, reče: Jaz činim [to]; kajti vse svoje nosim seboj.

## Coniugatio periphrastica activa.

## XX.

1. Quī passerem captūrus est, callidus esse dēbet. 2. Cum iīs versāre, quī tē meliōrem factūrī sunt. 3. Incertum est, quandō vitā dēfūctūrī sīmus. 4. Catilīna etiam servōs ad bellum contrā rem pūblicam incitatūrus erat. 5. Artaxerxēs, rēx Persārum, cum contrā Aegyptiōs bellum gestūrus esset, ab Athēniēnsibus ducem petiit, quem (= ut eum) exercitūi suō praeficeret. 6. Pyrrhus Rōmam expūgnatūrus fuit. 7. Helvētiī ex sēdibus suis profectūrī oppida sua omnia incendērunt et frūmentum omne, praeterquam quod sēcum portātūrī erant, combūssērunt. 8. Carthāginiēnsēs, cum Rōmānōs victūrī essent, ipsī ā Rōmānīs victī sunt. 9. Cum nocitūrus eris aliīs, plērumque tibi ipse nocēbis. 10. Scythārum lēgātī sic locūtī sunt apud (*pred*) rēgem Alexandrum: Sī omne genus hūmānum superāveris, cum silvīs, flūminibus ferīsque bēstiīs bellum gestūrus eris.

## 10.

1. Često niti koristno ni vedeti, kaj [da] bode. 2. Bolnim otrokom obetajo starši mnogo, česar ne [namerjajo] storiti. 3. Grki so [hoteli] Trojo zapustiti, ko bi jih ne bil Uliks zadržaval. 4. Katilina je dolgo časa zatajeval, kaj [da hoče] (imperfect.) storiti. 5. Ko je hotel Filip, kralj macedonski, osvojiti perzijansko kraljestvo, je [bil] usmrčen. 6. Izpovedati moraš, kaj [da] si [hotel] reči. 7. Poštenjak ne bode nikdar [hotel] drugemu škodovati. 8. Hanibal je pobegnil h kralju Antijohu, katerega je [hotel] naščuvati na vojno zoper Rimljane. 9. Kdo [izmed] nas ne bi [hotel] rad pretrpeti smrti za domovino? 10. Vojskovodja, ki se bode [hotel] udariti s sovražnikom, obódrí vojake na (ad) hrabrost!

## Coniugatio periphrastica passiva.

### XXI.

1. Ōrandum et labōrandum est. 2. Semper cōsiderā, quid dīcendum sit! 3. Dēliberandum est diū, quod statuendum est semel. 4. Militibus fortibus aut vincendum aut moriendum est. 5. Philosophī cūiusdam Graecī dīscipulis quīnque annōs tacendum erat. 6. Glōria virīs bonīs nōn est contemnenda. 7. Multa tibi cūranda erunt, ut officiō tuō satisfaciās. 8. Oculīs magis est fidēs habenda quam auribus. 9. In vitā hūmānā multa mala erunt patienda. 10. Dolendum esset, sī suam quisque ūtilitātem magis amāret quam commūnem salutem. 11. Māgnam rem sūsceptūrō antea diū dēliberandum est, quōmodo optimē (eam) perficiat. 12. Nēmīnī tam firma fuit fortūna, ut nihil eī timendum esset. 13. Semper ita vīvāmus, ut ratiōnem nōbīs reddendam esse dē vitā nostrā arbitrēmur.

### 11.

1. Zeleti je, da bi učenci posnemali (praes.) le dobre vzgleda. 2. O nesmrtnosti duše se ne [sme] dvojiti. 3. Govori vselej resnico (= resnično), da ne boš [moral] grajan biti (praes.)! 4. Le koristne knjige se [imajo] brati. 5. V vseh rečeh nam je poslušnim biti pameti. 6. Spomin je [treba] uriti, da se ojači (= množi). 7. Z ljudmi se [mora] imeti mir, z napakami [pa] vojna. 8. Gotovo je, da [morajo] vsi ljudje umreti, negotovo [pa], kateri dan in katero uro. 9. Zdravnik [mora] najprej (primum) gledati (= videti), kaj [da] se [ima] zdraviti, potem [še le], kako. 10. V bolnih telesih se ne [sme] nič pustiti, kar bi utegnilo (= har hoče) škodovati. 11. Tistemu, ki se je zlagal, ne bo se [smelo] pozneje verjeti. 12. Ko bi [ti] ne vedel, kaj [da] se [ima] izbegavati (imperfect.), bila bi tvoja dejanja manj graje vredna (= morala bi se . . . manj grajati). 13. Atenci so se [moral] sami vojskovati z brezštevilnimi četami Perzijanov, ker jih drugi (= ostali) Grki niso podpirali. 14. Čegava sreča je bila kedaj tako stalna (= trdna), da se ni [imel] ničesar bati (perfect.)?

### XXII.

#### *Aptē dicta.*

1. Aesōpus ob dēfōrmitātem vituperātus: «Nōn fōrma», inquit, «sed mēns adspicienda est.»



2. Platō cum vidēret Agrigentīnōs magnō sūmptū aedificāre eōdem-que modō cēnāre: «Agrigentīnī», inquit, «aedificant quasi semper victūrī et cēnant quasi posterō diē sint moritūrī.»
3. Cuidam multa sē dīdicisse glōriantī Aristippus respondit: «Ut iī, quī plūrima comēdunt, nōn melius valent, quam quī necessāria sūmunt, sic nōn, quī plūrima lēgērunt atque dīdicērunt, sed quī ūtilia, ērudītī habendī sunt.»

XXIII.

*M ū r ē s.*

Mūrēs aliquandō cōsultābant, quōmodo fēlis īnsidiās optimē vitārent. Tandem sententia vicit fēli adligandū esse tintinnābulum, cūius sonitū admonitī mūrēs eam effugere possent. Sed cum rem perfectūrī essent, nēmo repertus est, quī fēli tintinnābulum adligāret. Quantō facilius est suadēre quam facere!

**Izjeme v prirodnem spolu.**

XXIV.

1. Lēthē sēcūra, Styx ātra ā poētīs appellātur. 2. Ovidius, poēta Rōmānus, in frigidō Pontō exsul vīvēbat. 3. Hippō in Africā, Sulmō in Italiā sitī erant. 4. Delphī ā Gallīs obsēssi et spoliāti sunt. 5. Peloponnēsus angustō tantum Isthmō cum reliquā Graeciā cōniūcta est. 6. Cum Vēi expūgnātī essent, Rōmānī deōrum dōna ipsōsque deōs āsportāverunt. 7. Horātius, clārus poēta Rōmānōrum, Latium appellat ferōx. 8. Praeneste a Vergiliō altum, ab Horātiō frigidum appellātur. 9. Rēgibus Persārū calida Sūsa hieme, aestāte frīgida Ecbatana grātum domicilium erant. 10. Horātius, cum aliquandō āb amicō in urbem (Rōmam) invitātus esset, haec respondit:

Parvum parva decent: mihi iam nōn rēgia Rōma,  
Sed vacuum Tibur placet aut imbelles Tarentum.

12.

1. Zakaj imenujejo (pass.) pesniki Leto brezskrbno, Stig [pa] črn? 2. Prebivalci bogatega Krotona so bili razkošni in ošabni. 3. Rimljani so Veje oblegli in oplenili (pass.). 4. Rimski pesnik Ovidij preslavlja svoj rojstni kraj (= domovino), mrzli Sulmon. 5. Delfi so bili slavni [zavoljo] prorokišča Apolonovega. 6. Rim leži (= je ležec) v rodovitni Laciji. 7. Starodavni Tibur so krasila lepa poslopja.

8. Znano je, da je sezidal (pass.) Suzo kralj Darej. 9. Hipon so imenovali Rimljani kraljev. 10. Katilina je [hotel s] ponočnim napadom vzeti visoki Prenest. 11. Mrzli Pont je bil nesrečnemu pesniku Ovidiju neprijetno bivališče. 12. Razkošni Tarent so obvladali (pass.) Rimljani l. 272. pr. Kr. r., ko je bil Pir, kralj malega Epira, zapustil Italijo.

## Nepravilnosti v sklanjatvi.

### Prva in druga deklinacija.

#### XXV.

1. Rōmānī antīquī dominum patrem familiās appellābant. 2. Graecī diīs deābusque hūmānās cupiditatēs tribuēbant. 3. Cui fābula dē Danaī filiābus et Aegyptī filiīs ignōta est? 4. Diī lentī, sed certī vindicēs. Diī serī saepe ultōrēs. 5. Quīnte Horātī Flacce, cūr vītam urbānam vituperās? 6. Ō mī bone Deus, numerus beneficiōrum tuōrum māgnus est! 7. Impie filiī, neglegentiā tuā parentibus et magistrīs trīstitiam parās! 8. Ūnus est Deus; diī Graecōrum et Rōmānōrum fābulae sunt. 9. Diū fortūna tua, ō māgne Pompēī, prōspera fuit. 10. Patrēs familiās cum filiīs et filiābus diīs deābusque immolāre solēbant.

#### 13.

1. Stari Rimljani so imenovali gospodinjo hišno mater. 2. Grki niso žrtvovali [le] jednemu Bogu, ampak mnogim bogovom in boginjam. 3. Hvaležni sin, tvoje vedenje je Bogu in ljudem všeč (no)! 4. Bogovom in boginjam so postavljali (= zidali) starodavni narodi prekrasna svetišča. 5. Tebe, Lucij Sergij Katilina, boje se vsi domoljubi (= dobri). 6. O moj dobri Bog, reši (= oslobodi) prebivalce tega mesta vseh nadlog! 7. Petje Muz je bilo bogovom in boginjam preprijetno. 8. O bogovi, maščevalci kraljev, pomagajte mi! 9. Zlate so tvoje besede, Publij Vergilij Maron! 10. Pridnim hišnim sinovom in hčeram delo ni nikdar nadležno.

#### XXVI.

### Cancerī.

Cancer filiō dixit: «Semper tē retrō ambulāntem videō. Perge tandem aliquandō prōrsus, mī fili!» Cui (= ei autem) ille: «Mī pater», inquit, «libenter praeceptīs tuīs obsequar, sī tē prius idem facientem cōspexerō.» — Haec fābula docet adulēscentiam nullā rē magis quam exemplīs ērudiri.

## XXVII.

*Aptē dictum.*

Tarentum annō a. Chr. n. CCIX ab Hannibale occupātum, sed ā Q. Fabiō Māximō receptum est. Huic M. Livius Mācātus, quī āmissi oppidi arcem obtinuerat, glōriāns dīxit: «Meā operā, Q. Fabī, Tarentum recēpisti.» Ad quae Fabius rīdēns: «Certē», inquit; «nam nisi tū, M. Līvī Mācāte, āmisisses, ego nūmquam recēpissem.»

## XXVIII.

1. Colus sēdulae ancillae saepe. lānā vacua est. 2. Alvus plēna nōn amat librōs doctōs. 3. Iuxtā lacūs et fluviōs humus saepe est grāmīnea. 4. Nōn ferōcissima tantum, sed ignāvissima quoque animalia timēmus ob vīrus malum. 5. Virōs clārōs vulgus quoque imperitum nōmine vocat et digitīs mōnstrat. 6. Graeci Trōiam captūrī ingentem equum līgneum cōnscedunt et in māgnā alvō eius conduntur. 7. Aegyptus olim ob hūmidam humum valdē frūgīfera fuit; ārida humus reliquae Āfricae parum fēcunda est. 8. Quia praedae cupidum vulgus mīlitum nāvēs vacuās ferē reliquerat, Lysander imprōvisō clāssē Athēniēnsium adortus est.

## XXIX.

*Vulgus.*

Stultōs scurrās ā vulgo imperitō saepe magis dīligī quam strēnuōs virōs experientia docet. Iam vetus enim prōverbium in vulgō cōnsilium esse negat. Caecum vulgus semper malus arbiter et pessimus vērītātis interpres est. Nōn igitur mirandum est, sī hominēs honōrum et potentiae cupidī stultum vulgus facile dēcipiunt. Praetereā vulgus impium, mōbile atque sēditiōsum est. Fēlicem virum sequitur, infēlicem fugit. Fēlicia enim trahunt vulgus. Cum fortuna tua mūtatur, vulgus infīdum tē dēserit. Quārē vir sapiēns et cōnstāns mōbile vulgus contemnit.

## 14.

1. Lepa preslica je deklici vŕečno darilo. 2. Prst ni vselej vlažna. 3. Poln želodec (plūral.) je pogosto vzrok boleznij. 4. Mnoge zeli lju-bijo vlažno zemljo (= prst). 5. Kaj je lažje nego varati nespametno in neizkušeno drupal? 6. Ogromna (= silna) trebušina lesenega konja je krila [v sebi] najhrabrejše može. 7. Suha zemlja rodi [le] nizka drevesa. 8. Po pravici si preziral omahljivo drupal, modri Kv. Horacij Flak! 9. Mnogih zelij strup je škodljiv ljudem in živalim.

## XXX.

1. Violentia frigidī boreae māgna erat. 2. Multī hominēs mūsicēn amant. 3. Agricolārum superstitiōsōrum animī vīsū comētae perterrentur. 4. Discēssus Graecōrum Circae, cūius pōcula venēnāta erant, ingrātus fuit. 5. Prīncipēs saepe doctōs anāgnōstās habent. 6. Comētae nōn sunt periculōsī. 7. Sophistae fallāces et vānī erant. 8. Poētae antiquī Lēthēn appellant sopōrifera. 9. Discipulī parvam epitomēn ex grammaticā Latīnā habent.

## XXXI.

*Aenēās.*

Aenēās, Anchīsae et Veneris filius, prīnceps Trōiānōrum erat. Cum Graeci Trōiam cēpissent et incendiō dēlēvissent, Aenēās cum Anchīsā patre, Creūsa uxōre, Ascaniō filiō nōnnūllisque sociīs fūgit. Fuga quidem molesta erat Aenēae, sed diī Aenēam amābant et iuvābant, quia pius erat. Quantopere tū quoque, beāte Anchīsē, amātus es ab Aenēā filiō, quī tē ex ārdentis Trōiae flammīs ēripuit et umeris suis āsportāvit! Aenēās, cum multa mala perpessus esset, postrēmō in frūgiferum Latium pervēnit ibique rēgnum occupāvit. Ab Aenēā eiusque sociīs Rōmānī trahunt originem. Meritō igitur facta tua, pie Aenēā, ā Vergiliō poētā celebrantur.

## 15.

1. Askaniij je bil sin Enejev in Kreūzin. 2. Bogovi so ljubili Askanija, ki je bil [svojemu] očetu Eneju zelo podoben. 3. Pobožni Enej, tvoja ljubezen do očeta Anhiza je bila bogovom in boginjam všeč! 4. Sokrat ni bil sofist, ampak nasprotnik sofistov. 5. Pota mnogih kometov so znana. 6. Komet ne naznanja (passiv.) nesreče; ne boj se torej kometov, moj sin! 7. Vsem učencem so kupili starši majhen posnetek iz latinske slovnice; toda mnogi učenci ne ljubijo latinske slovnice. 8. Učeni čitatelj, tvoja umetnost ni lahka! 9. Pesniki pripovedujejo, da so bile čaše Circine zastrupljene. 10. O božanski (= božji) P. Vergilij, kako prekrasno preslavljaš dejanja pobožnega Eneja!

**Tretja deklinacija.**

## XXXII.

1. Ligōnēs ferrei agricolīs necessāriī sunt. 2. Caesar cruentō pūgiōne cōniurātōrum interfectus est. 3. Scorpionēs māgnī hominibus periculōsī sunt. 4. Ōrdō firmus stellārum hominēs māgnā admirātiōne

complet. 5. Populus Rōmānus Masinissae, rēgī Numidārum, auream corōnam et scīpiōnem eburneum dōnāvit. 6. Arborēs sunt altae et frūgiferae. 7. In altō marī nōn vidēmus parvās lintrēs. 8. Hominēs sunt dominī ūniversae tellūris. 9. Timidī turturēs domicilia sua in silvīs habent. 10. Fēlēs parvīs mūrībus inimīcae sunt. 11. Vultur māgnus et rapāx est. 12. Pulchrī pāpiliōnēs dēlectant puerōs.

13. Ín silvīs leporēs, in vėrbis quaere lepóres!

XXXIII.

1. Ōs pallidum sīgnum est infirmae valētūdinis. 2. Māgnīs Asiae fluvīis multa sunt ōra. 3. Rōmānī ossa cadāverum cremātōrum colligere et condere solēbant. 4. Aes Corinthium valdē laudābatur. 5. Maris aequor nōn semper est plānum. 6. Aureā aetate vēr erat aeternum. 7. Clārissimum erat apud veterēs marmor Parium. 8. Piper est ācre, papāver rubrum. 9. Hieme itinera molestiora sunt quam vėre. 10. Vas appellātus est, quī prō alterō vadimōnium prōmittēbat. 11. Hominēs prōdigōs et lūxuriōsōs cum vāse rīmōsō comparāmus. 12. Verbera nōnnūquam ūtiliōra sunt quam verba.

XXXIV.

*Cȳrus Minor et Lysander.*

Cȳrus Minor, homo praestāns ingeniō, cum Lysander Lacedaemonius ad eum in Asiam vėnisset, et cēteris in rēbus cōmis ergā eum atque hūmānus fuit et eī agrum, quem ipse colēbat et cōnserebat, ōstendit. Cum Lysander et procērās arborēs et dirēctōs eārum ōrdinēs et humum subāctam atque pūram admirārētur, Cȳrus respondit: «Atquī ego ista omnia fēcī, meī sunt ōrdinēs, mea discriptiō.» Tum Lysander intuēns purpuram eīus et nitōrem corporis dīxit: «Rēctē vėrō tē, Cȳre, beātum dīcunt, quoniam virtūtī tuae fortūna cōniūcta est.»

XXXV.

1. Sacerdōtēs Persārum altum apicem habent. 2. Profundī gurgitēs erant in marī Hadriāticō. 3. Agricolaе bonam segetem et multās plēnāsque mergitēs amant. 4. Grātius ex ipsō fonte bibitur aqua. 5. Cicōniae per (*v*) somnum in ūnō stant pede. 6. Dux hostium cum mīlitibus nostrīs in ponte līgneō pūgnāvit. 7. Post imbrēs rapidī torrentēs saepe trabēs et lapidēs ex altīs montibus in campōs prōvolvunt. 8. Hostium castrīs potītī mīlitēs nostrī multōs aureōs calicēs

invēnērunt. 9. Multi nautae ab extrēmō oriente ad extrēmum occidentem nāvigant. 10. Pausaniās, dux Lacedaemoniōrum, in eō est reprehēnsus, quod ex praedā tripodem aureum in templō Apollinis posuisset.

16.

1. Bedni kmetje delajo na poljih [z] železnimi motikami. 2. Strup velikih škorpionov je nevaren ljudem in živalim. 3. Z velikim občudovanjem opazujemo stalni red nebeških (= neba) znamenj. 4. Grlica je majhna in boječa. 5. V mnogih krajih so jastrebi redki. 6. V naših krajih so beli zajci redke živali. 7. Tudi nekatere miši so bele. 8. Korenine visokih dreves so navadno dolge in močne. 9. Mali čolni nosijo neboječe brodnike. 10. Visoka (= velika) je bila cena korintske medí. 11. Rudeča usta so znamenje trdnega zdravja. 12. Kosti Temistoklejeve so pokopali prijatelji skrivaj v Atiki. 13. Vijolice so cvetlice prijetne pomladi, rudeči mak (plūr.) vročega poletja. 14. Šiba (plūr.) je neprijetna, toda pogostokrat potrebna. 15. Mnogi ljudje ne ljubijo hudega (= ostrega) popra. 16. Lepota parskega mramorja je znana. 17. Razpokana posoda je podoba potratnega in razkošnega človeka. 18. (Mrtva) trupla pobitih vojakov so okrasili meščani [s] cveticami. 19. Spomladi je potovanje prijetno in zdravo (= zdravilno) 20. Rimljani so običavali [z] zlato krono in [s] slonokoščeno palico dičiti inozemske (= zvonanje) kralje, ki so [si] bili mnogih zaslug pridobili za njih državo.

XXXVI.

*Fābulae.*

1. Sciūrus et sīmia.

Sciūrus laudābat sīmiae dulcēdinem nucum. Cum haec nōn multō post plūrēs iūglandēs invēniisset, quae ex arbore pendēbant, ūnam ex iīs arripuit, in ōs iniēcit dentēsque acūtōs avidē impressit. Amārō autem cortice offēnsa nucem abiēcit neque iterum periculum fēcit.

2. Lupus et canis et ōpiliō.

Ōpiliō quīdam saevā lue tōtum suum gregem perdiderat. Id cum audīvisset lupus, ad ōpiliōnem accēssit, ut eī dolōrem significāret. «Ergō vērūm est», inquit, «tē tōtum ovium gregem perdidisse? Heu, quam miseror fortūnam tuam! Quantus est dolor meus!» Ōpiliō dixit: «Grātiās agō, videō tē calamitāte meā vehementer commovēri.» «Profectō», addidit canis, «semper dolōre commovētur lupus, ubi ex aliōrum calamitāte ipse calamitātem capit.»

## 17.

1. Pri Perzijanih je bil visok klobuk znamenje velikega dostojanstva. 2. Mnogi umetniki ljubijo denar bolj nego umetnost. 3. Vrhovi visokih gorâ so mrzli. 4. Ošabni pav ima grde noge. 5. Dober pastir ljubi svojo čredo. 6. Železni mostovi so dragoceni, pa trdni. 7. [S] požrešnim zobom trgajo volkovi drobje. 8. Mnogi hudourniki so [po] zimi veliki in silni. 9. Bujno (= veselo) žitno polje (plūr.) in polni snopi so gotovo plačilo delavnega in pobožnega kmeta. 10. Zlate in srebrne čaše so dragocene. 11. Mehka voda izvotli trde kamne (pass.). 12. V poslopih bogatinov (= bogatih ljudi) so stene ukrašene [z] lepimi slikami. 13. Ko je bil Pavzanija, vodja lacedemonski, zmagal perzijanskega poveljnika pri Platejah (l. 479. pr. Kr. r.), je postavil zlat trinožnik v svetišču Apolonovem.

## XXXVII.

1. Mors est certus finis labōrum. 2. Iam saepe māgnus īgnis ex cinere ortus est. 3. Dentēs multōrum piscium firmī et acūtī sunt. 4. Germānōrum mulieribus flāvī crīnēs erant. 5. Vermēs tenerī et mollēs sunt. 6. Mūrēs acūtōs ūnguēs avidōsque fēlium dentēs timent. 7. Prīmō post Christum nātum saeculō Rōmānī ūniversum ferē orbem terrārum subēgērunt. 8. Asia est patria pāvōnum superbōrum, anguium taetrōrum scorpīōnumque perīculōsōrum. 9. Platō nātālī suō, quī erat quīntō annī mēnse, mortuus est, postquam annum ūnum et octōgesimum complēvit. 10. Atticus annālī suō historiam populi Rōmānī scrīpsit. 11. Ingēns multitudō aureōrum torquium et ānulōrum praeda erat Carthāginiēnsium in pūgnā Cannēnsī. 12. Calidī sunt rotārum currentium āxēs. 13. Patria nostra multōs habet collēs et montēs māgnōsque amnēs. 14. Cicerō Archimēdis sepulcrum invēnit undique altīs vepribus vestītum. 15. Apud Thermopylās Ephialtēs per callem īgnōtum Persās dūxit ad (= za) terga Graecōrum.

## XXXVIII.

*Venter et cētera membra corporis.*

Membra corporis hūmānī, in (*med*) hīs caput, cor, manūs, ōs, lingua, dentēs, contrā ventrem cōniūrāvērunt. «Iam satis diū», inquiunt, «labōre nostrō tē ōtiōsum aluimus; nihil amplius tibi praebebimus.» Itaque ventrī neque pānem necessārium neque aquam neque lāc neque carnem suppeditāvērunt. At brevī tempore eā rē

nōn solum venter, sed tōtum corpus dēbilitātum est. Tum imprīmīs caput et cor manibus, ōrī, linguae, dentibus suāsērunt, ut ventrī alimenta et huic et sibi ipsīs necessāria dēnuō praebērent.

18.

1. *Majhen ogenj vzbudi pogostokrat velik požar.* 2. *Konec življenja je človeku neznan.* 3. *Mnoga plemena velikanskih rib plavajo po (= v) morju.* 4. *Zemlja se suče (= giblje) okrog solnca in svoje osi.* 5. *Rimljani so bili zmagalci in gospodarji skoro vesoljnega zemljekroga.* 6. *Grdi črvi so požrešnim ribam všečna hrana.* 7. *Močni kremplji orlovi (= orla) so boječemu zajcu pogubni.* 8. *Moj rojstni dan je [v] leta najstem mesecu.* 9. *Galske (= Galcev) vojskovodje so krasile zlate ovratnice.* 10. *Kače vročih dežel so pogubne ljudem in živalim.* 11. *Apolonu pripisujejo (= podeljujejo) pesniki plave lase.* 12. *Pogosto je trd kruh hrana vojakov.* 13. *Prostrano svetišče Apolonovo in Dijanino je stalo (= bilo) na ljubkem griču.* 14. *Atik je pisal v svojem letopisu, da je umrl Hanibal l. 571. po ustanovitvi mesta [rimskega].*

XXXIX.

1. Imbre (imbrī) continuō mātūrae agrōrum frūgēs dēlētāe sunt. 2. Caelum Britanniae propter māgnūm imbriūm numerūm iniūcundūm erat. 3. In regiōnibus nōnnūllīs māgna mūrium et glīrium exāmina sunt. 4. Mīra est commīssūra ossiūm in corpore hūmānō. 5. Ibi sere farra flāva, ubi antea legūmina sata erant! 6. Hannibal cum ad Rhodanum pervēnisset, ingentem nāvium et līntrium multitūdinem coēgit. 7. Vina vetera salūbria sunt. 8. Cui plūra beneficia dēbēmus quam Deō? 9. Imperium plūrium in bellō periculōsum est. 10. Complūra sunt genera aviūm. 11. Magister ā dīscipulō memori beneficiī acceptī dīligitur. 12. Nōn omnēs hominēs parī animō sunt. 13. Nōnnūllī veterum Britannōrum frūmenta nōn serēbant. 14. Sī ingenia omnium paria esse nōn possunt, iūra certē paria esse dēbent eōrum, quī sunt cīvēs in eādē rē publicā.

XL.

**R e k i.**

1. Ex ūngue leōnem.<sup>1</sup> 2. Repetitiō est māter studiōrum. 3. Malevolus animus quasi abditōs dentēs habet. 4. Vita brevis, ars longa. 5. Est modus in rēbus, sunt certī dēnique finēs. 6. Imparia sunt

<sup>1</sup> XL. Dostavi predikat: «spoznaš»!



hominum studia. 7. Rūstica nātūra tenet sua iūra. 8. Imber adest sōlī: comitantur gaudia flētum. 9. Longum est iter per praecepta, breve et effīcāx per exempla. 10. Quī dīvitiīs sōlis nītuntur, in parietem cadūcum inclinant.

19.

1. *Zobje malih mišij so ostri.* 2. *Polšje (= polhov) mēso je bilo Rimljanom vŕečna jed.* 3. *Ciceron piše svojemu prijatelju Atiku, da je prišel [v] najhujšem (= največjem) dežju (= plohi) v mesto Kapuvo (Capua, ae).* 4. *Silna množica raznih čolnov je bila ob (in c. accūsāt.) bregu Rodanovem pripravljena [za] Hanibala in njegovo vojstvo (dativ.).* 5. *Pravice državljanov naj bodo jednake!* 6. *Jaz in ti jednako (= [z] enakim korakom) stopava (= hodiva).* 7. *Več je vrst (= plemen) maka.* 8. *Učenci naj hranijo (= drže) nauke (= zapovedi) [svojih] učiteljev [v] pomljivem srcu!* 9. *Več starodavnih (= starodavnosti) narodov navada je bila mrtvece sežigati, ne pokopavati.* 10. *[V] preteklem letu se je v našem mestu sezidalo precej poslopij in tudi nekaj svetišč.* 11. *Silovitost mrazov in ploh je bila mnogim vojakom Hanibalovim pogubna.*

20.

Pomlad.

*Kako ljubke so [v] prijetnih pomladanskih (= pomladi) mesecih selske pokrajine! Dolge vrste rodovitnih jablanij in črešenj na vabljivih gričih in zeleni travniki razveseljujejo oči. Pisani (= razni) metulji letajo med nežnimi cveticami. Vesele ptice prepevajo po (= v) gozdih in vrtovih. Na globocih veletokih vidimo veliko množico hitrih čolnov in obtovorjenih ladij. Po (= na) poljih orjejo pridni ratarji črno prst. Pastirji gonijo (= ženejo) pojoč(i) velike črede jagnjet, ovac, svinj [in] konj na (ad) pašo (= krmo, plūr.).*

XLI.

1. Puerī Lacedaemoniōrum ūsque ad septimum annum sub cūrā mātrum erant. 2. Orīginēs fontium et flūminum plērumque sunt in iugīs montium et collium. 3. Praemia fraudium et litium nūmquam dulcia sunt. 4. Pedum celeritāte Achillēs īnsignis erat. 5. Amor parentum māior est quam amicōrum. 6. Marius et Cicerō nōbilissimī cīvēs Arpinātium fuērunt. 7. Exercitus Samnītium ā Q. Fabiō Māximō dēlētus est. 8. In villīs divitum Rōmānōrum māgnī gregēs ānserum, gallinārum, gruum, columbārum, pāvōnum, glīrium, piscium, aprōrum

alēbantur. 9. Caesar nōn semper, cum vīcerat, supplicum precēs exaudīvit. 10. Carthāginiēnsēs Rēgulum atrōcī morte necāvērunt. 11. Virtūs amātur ab homine ratiōnis particeps, contemnitur ab homine ratiōnis experti. 12. Liberālītās in paupere nōn minus grāta est quam in divite. 13. Catō civitātī Rōmānae saepe cōnsiliō sapienti ūtilis fuit. 14. Laudārī ab homine imprūdente nōn est laus. 15. Ā filiō superstite patris imāgō flōribus ōrnāta est. 16. Optimātium in civitāte auctōritās māgna est, sī iūsti sunt. 17. Civitātum praesidium civēs sunt, quī lēgibus libenter pārent.

XLII.

*Tigris.*

Tigris, bēstia omnium quadrupedum crūdēlissima, in calidissimīs Asiae regiōnibus nāscitur. Fōrmā fēli similis est, māgnitūdine asinum ferē aequat. Pellem habet pulcherrimē virgātam. Pedum incredibili paene celeritāte insīgnis omnium animantium sanguinem sitit ideōque sine discrimine et hominēs et bēstiās adoritur. Rārissimē mānsuēscit. Maribus nōn est cūra catulōrum, fēminīs vērō māxima; quārē saevissimae sunt, sī fētus iis ēreptus est.

21.

1. Dečki naj posnemajo kreposti [svojih] očetov! 2. Krepost staršev je velika dota otrokom. 3. Znana je grdost pavovih nog. 4. Denar je pogosto vzrok pravn in goljufij. 5. Veliko je bilo nekdanj število slavnih mest v Greciji. 6. Občina arpinska (= Arpincev) je bila majhna. 7. Narod samnitski (= Samničanov) je bil bojevit. 8. Nesloga boljarov je povzročila (= pripravila) rimski državi velike nevarnosti. 9. Hvaljen bi(va)ti od modrega in hvaljenega moža je častno (= hvala). 10. Zime so često nadležne [zavoljo] silnega mraza. 11. Del bogatih ljudij je ošaben. 12. [Po] pravici pričakuje (pass.) deležnik truda del plačila. 13. Velikrat biva (= je) v revnem človeku dobro srce, v bogatem [pa] hudobno. 14. Rimsko državo je često rešil (= ohranil, pass.) pametni svèt [mestnih] očetov. 15. Solze ponižno prosečih ganejo srca sodnikov. 16. Naši vojaki so napadli [z] drznim naskokom sovražni(kov) tabor. 17. Vrhove visokih gorâ vidimo tudi poleti [z] belim snegom pokrite.

XLIII.

1. Vigilantia canum fūrēs nocturnōs terret. 2. Mīra est apium (apum) sēdultās. 3. Vatūm auctōritās ōlim māxima fuit. 4. Iuvenūm animi prūdentiā senūm ērudīuntur. 5. Inter Albim et Visurgim quondam

sēdēs gentium bellicōsārum fuērunt. 6. In urbe Neāpoli multī Rōmānī Graecō mōre vivēbant. 7. Ager inter urbem et Tiberim Mārti dicātus erat. 8. Secūrim ferream cōte acuimus. 9. Imperātor<sup>1</sup> Traiānus cum mīlitibus famem et sitim tolerābat. 10. Gubernātor in puppi sedēs nāvem gubernat. 11. Lictōrēs ante rēgem aut cōnsulem fascēs cum secūri portābant. 12. Aestāte saepe ingenti siti, hieme vehementi tussi vexāmur. 13. Caesar cum Gallis, quī eum reliquerant, aquā et igni interdixisset, exercitum in hiberna dēdūxit. 14. Mēse Septembrī initium autumnī est, (mēse) Decembrī hiemis. 15. Subus nullōs labōrēs impōnimus.

## XLIV.

*Dē senectūte operōsā.*

Bona pars senum extrēmum vitāe tempus nōn per (v) inertiam agit, sed operōsa est et saepe etiam addiscit aliquid sicut Solōnem senem cotīdiē aliquid addidicisse nōtum est. Idem Catō Māior fecit, quī litterās Graecās senex didicit; hās quidem sic avidē arripuit quasi diuturnam sitim explere cuperet.

## 22.

1. Lovci redé velik broj psov. 2. Po ravanih letajo roji marljivih bučel. 3. Večje so nade mladeničev nego starcev. 4. Velika je v premnogih ljudeh ljubezen [do] svojih bivališč. 5. Težje je prenašati žejo nego lakoto. 6. Zaradi nadležnega kašlja mnogih učencev ni bilo v šoli. 7. Rim leži (= je ležč) ob (ad) reki Tiberi. 8. Znano je, da leži (= je ležč) Neapolj v najvabljivejši pokrajini italski (= Italije). 9. Po Labi, Vezri [in] Tiberi plujejo (= ladjajo) mnoge ladje. 10. Mornarji so na ladji, krmar na krnju. 11. Mesta Neapolja so se polastili Rimljani l. 290. pr. Kr. r. 12. Butare s sekiro so bile znamenje oblasti in dostojanstva rimskih konzulov. 13. Sovražnik je opustošil našo domovino [z] ognjem in mečem (= železom). 14. Govornik Ciceron je [bil] umorjen meseca decembra l. 43., pesnik Vergilij pa je umrl meseca septembra l. 19. pr. Kr. r.

## XLV.

1. Sanguis purpureus per venās in tōtum corpus diffunditur. 2. In cerebrō, corde, pulmōnibus, iecore (iecinore) sēdēs vitāe est. 3. Gigantēs, quī diū ancipitibus proeliis cum Iove ceterisque diis

<sup>1</sup> XLIII. «Imperator» pred lastnim imenom = «cesar», za njim = «(nad)poveljnik».

pūgnāverant, Iovis fūlminibus necātī sunt. 4. Boum cervicēs ad (za) iugum aptae sunt. 5. Hominēs būbus (bōbus) carnem, pecorī lānam dēbent. 6. Villae Rōmānōrum dīvitum (dītium) supellēctile pretiōsā ōrnātae erant. 7. Ex febrī nātūrae vī, nōn medicōrum arte servātī sumus. 8. Viribus cōniūctīs et animō concordī multā perficī possunt. 9. Immēnsa sunt sīderum itinera per altum aethera. 10. In conclāvī meō pūrum āera amō. 11. In omnibus pūgnīs contrā Macedonas Persae victī sunt. 12. Cum ancipitī proeliō diū atque ācritēr pūgnātum esset, hostēs in montem sē recēpērunt.

XLVI.

**R e k i.**

1. Nē Iūppiter quidem omnibus placet. 2. Vīs vim vī expellit. 3. Vī vincitur vīs, virtūte opprimitur audācia. 4. Contrā vim mortis nōn est medicāmen in hortīs. 5. Vāna sine vīribus ira. 6. Pretiōsissima supellēx dominum beātum nōn facit. 7. Ā bōbus māiōribus discunt arāre minōrēs. 8. Beātus est, quī praecipitī et lūbricā vitāe viā dēcēssit.

XLVII.

**Dē rānīs.**

Rānārum genus vōbīs omnibus nōtum est. Et in aquā et in terrā versantur. Iūcundissima domicilia iīs sunt fōssae, palūdēs, rīvī, lacūs, multīs etiam frōns tenera fruticum dēnsōrum. Viridī colōre et rubrō frigidōque sanguine sunt. In lātō eārum ōre duplex ōrdō parvōrum et tenuium dentium est. Mūscae, vermēs, pāpiliōnēs iīs cibus grātus sunt. Post imbrēs calidōs, cum sōl igneus ad terram eās ēvocāvit, in caespite tenerō āera clāmōre laetō personant. Vēre hominēs propter bonam crūrum carnem iīs insidiantur.

23.

1. Boječi zajci imajo nežno meso. 2. Zoper silo pogostokrat ni druge pomoči (= druga pomoč) razun sile. 3. Homer imenuje kri škerlatno. 4. Stari Rimljani so žrtvovali Jupitru vole, vepre [in] ovce. 5. Zmagalci odnašajo dragoceno pohištvo iz osvojenega mesta. 6. [Zavoljo] mleka in mesa je korist goved velika. 7. Med Jupitrom in drugimi bogovi so bili pogosto hudi (= ostrri) prepiri. 8. Kmetje se poslužujejo volov za (ad) vožnjo (= vlečenje). 9. Lenoba slabi telesne in dušne moči. 10. Hrabre vojake Aleksandra Velikega je na potu (= potovanju) mučila (pass.) lakota in žeja. 11. Ostre skale strmega

*brega so brodnikom dostikrat pogubne. 12. Bogatini se oslajajo (= razveseljujejo) [z] jetri tolstih gosij. 13. Psi so zvesti čuvarji goved, ovac [in] svinj. 14. Medved prekaša človeka [v] moči (ablat.), toda človek prekaša moč medvedovo [s] pametnostjo. 15. Marljive bučele nam koristijo [s] sladkim medom, težke gosi [z] jajci, boječe ovce [z] nežno volno, čile koze [z] zdravim mlekom, tolste svinje in voli [z] dobrim mesom.*

### Četrta in peta deklinacija.

#### XLVIII.

#### *Dē urbe Rōmā.*

##### 1.

Urbs Rōma ā parvīs initiīs crēvit. Aedificia urbis veteris exigua et humilia erant. Cum autem post interitum Carthāginis et Corinthī lūxuriēs in urbe Rōmā creāta esset, māgnificae ibi domūs et in domibus supellēx pretiōsa cōnspiciēbantur. Servius Tullius agrum Rōmānum in IV tribūs urbānās et XXVI tribūs rūsticās dīvisit. Tribubus urbānīs urbs ipsa, XXVI tribubus rūsticīs omnēs regiōnēs urbī adiacentēs continēbantur. Numerus tribuum rūsticārum nōn omnibus temporibus idem erat; finēs enim agrī Rōmāni aliīs temporibus aliī erant. Eō tempore, quō Rōma māximē flōrēbat, circuitus urbis erat XIII milia pāssuum. Urbs ipsa tum ōrnāta erat pulcherrimīs aedificiīs, XXXVII portīs, VIII pontibus, forīs XIX. Forum Rōmānum pulcherrimae porticūs ōrnābant. Ad forum Rōmānum via sacra erat, multīs arcubus triumphālibus ōrnāta.

##### 2.

Altissimus et mūnītissimus locus urbis erat Capitōlium, ad quod C gradibus adscendēbātur. In Capitōliō erant templa Iovis, Minervae, Iūnōnis, lātīs et amplīs porticibus decorāta. Extrā urbem hortī māgnī virēbant, platanīs, ficīs, quercubus, aliīs arboribus cōnsitī. Nē lacūs quidem deerant; in lacubus piscēs variī alēbantur. Nōn procul ab urbe aberat specus, in quō Numa Pompilius Egeriam deam, ut dīcunt, cōnsulēbat. Ad Tiberim situs est campus Mārtius, ubi theātrum Pompēi erat, in quō G. Iūlius Caesar ā saevā cōniūrātōrum manū diē antea cōstitutā (Idibus Mārtiīs annī a. Chr. n. XLIV) occīsus est. Rōma ipsa nōn est in numerō eārum urbium, quae portibus clārae sunt; portum Rōmānum Ancus Mārcius ad Ōstiam exstrūxit, ubi flāvus Tiberis in mare effunditur.

## 24.

1. *Hrastje in bukve imajo (esse c. dat.) želode.* 2. *Bog gleda [na] čiste, ne [na] polne roke.* 3. *Ljubka jezera naše domovine zelo razveseljujejo (pass.) popotnike.* 4. *Mnoga grška mesta so krasili veličastni stebreniki.* 5. *V mali hiši je živel (= bil) pogosto velik mož.* 6. *Nekdaj so bili vojaki oboroženi [z] loki in puščicami.* 7. *Lovci prenoče (= prežive noči) dostikrat v dupljah.* 8. *Glavno mesto sicilsko je bilo slavno [zavoljo svojih] dveh pristanišč.* 9. *Mestne tribue so se pogosto prepirale s selskimi tribuami.* 10. *G. Julij Cezar je sezidal i na Kapitoliju i na rimskem [glavnem] trgu prelepe stebrenike.* 11. *Znane so marcijeve ide, [ob] katerih so zarotniki kruto usmrtili G. Julija Cezarja.* 12. *Imenitni Rimljani so stanovali v prostranih hišah, katerih stene so bile okrašene [z] lepimi slikami.* 13. *Ko zatoženec določenega dne ni bil navzoč, obsodili so (pass.) ga odsotnega.*

## Substantiva defectiva in abundantia vseh deklinacij.

## XLIX.

1. *Homo aliēnae opis eget.* 2. *Rēctius mihi vidētur ingenī quam vīrium ope glōriam quaerere.* 3. *Ad tē, Deus, cōnfugimus, ā tē opem petimus.* 4. *Ubi amīcī sunt, ibi sunt opēs.* 5. *Cicerō senātum in aedem Iovis vocāvit.* 6. *Imperātor Titus in sordidīs aedibus nātus est.* 7. *Fās est etiam ab hoste docērī.* 8. *Iniūssū Deī dēcēdere (dē vītā) nefās est.* 9. *Dēmōsthenēs, clārissimus ōrātor Graecōrum, diū r litteram ēloquī nōn potuit.* 10. *Ex litterīs tuīs, mī amīce, māgnum tuum ergā mē amōrem cōgnōvī.* 11. *Cicerō ipse fatētur Rōmānōs ā Graecīs doctrīnā et omnī litterārum genere superātōs esse.* 12. *Bōs in Aegyptō nūminis vice colebātur; Āpim (eum) vocābant.* 13. *Sub vesperum mīlitēs castra posuērunt, vesperī autem quiēscēbant.* 14. *Adversus tonitrua et minās caelī subterrāneae domūs et altī specūs remedia sunt.* 15. *Mōrs miserīs hominibus requiem aeternam dat.* 16. *Levēmus ātrās cūrās dulcī requiēte!* 17. *Ioca tua salsa sunt.* 18. *Beneficia ea sunt nōminanda, quae nōn parentum vel magistrōrum iūssū, sed vestrā sponte tribuitis.*

## L.

### *Dē vāsīs Rōmānīs.*

Multa monumenta Rōmae antīquae etiam nunc supersunt. Exstant enim nōn solum multae reliquiae templōrum, mūrōrum, domuum, theātrōrum, porticuū, sed etiam eae rēs, quibus

Rōmānī et Graeci domōs ōrnāre quibusque domī ūtī solēbant. Ad nostram aetātem pervēnit nōn parvus numerus vāsōrum. Vāsa illa ex terrā effōssa admodum varia sunt; fōrma nōnnūllīus vāsīs simplex est, sed in multīs vāsīs vidēmus imāginēs māgnā arte factās. Inveniuntur in vāsīs illīs imāginēs Hercules, Thēsei, Achillis, Ulixīs aliōrumque virōrum, dē quibus multī locī scriptōrum veterum narrant. Nōnnūlla loca Graeciae, ubi vāsa māgnā arte fingēbantur, nōbīs nōta sunt.

25.

1. *Jedna črka je bila dostikrat vzrok hudih preprirov.* 2. *Pismo očetovo me je zelo razveselilo.* 3. *Atene so bile tako rekoč svetišče znano-  
nosti.* 4. *V knjigah modrijanov so navadno mnoga mesta nejasna (= temna).* 5. *Popotniki občudujejo mnoge kraje naše domovine.* 6. *(Vojne) čete Cezarjeve so bile celo zimo (per c. accusat.) v taboru.* 7. *Šaljivost (= šale) je svojska človeški naravi (genet.) in se ne [da] učiti, kakor vse drugo.* 8. *Bolje je svojevoljno prav ravnati, nego na povelje oblastnikov.* 9. *Hudobna duša v lepem telesu je tako rekoč ostuden (= grd) strup v zlati posodi.* 10. *Ljudje se rode in mro na povelje Božje.* 11. *Tudi v lepih posodah so včasih grde reči.* 12. *Priroda išče pokoja.* 13. *Večerni (= večera) pokoj je prijeten; zvečer sem navadno sam in vesel.* 14. *Helvečani so [srečno] dospeli s svojimi četami skozi sotesko v ozemlje Sekvancev (Sequanī, ōrum).* 15. *Ko je bil Pavzanija zapazil zasedo, pripravljeno [mu] od oblastnikov, je pribežal v Minervino svetišče (= hram božji).* 16. *V moji hiši ni nobenega bogastva (nōmināt.).*

## Sklad mestnih imen.

### LI.

1. Lycūrgus Spartaē vivēbat, Solōn Athēnīs. 2. Croesus, rēx Lȳdiae, Delphōs ad Apollinem lēgātōs mīsit. 3. Alexander Māgnus et Athēnīs et Babylōne et Sūsīs et Alexandriāe erat. 4. Alcibiadēs cum in urbem Athēnās revertisset, ā cīvibus māximā cum benevolentīā receptus est. 5. Catō Minor sibi ipse mortem cōnscīvit Uticae, (in) urbe Āfricae. 6. Cicerō saepe rūs contendit et libenter rūrī vivēbat; sed sī rēs (= okolnosti) pōstulābant, rūre Rōmam revertit. 7. Cicerō adulēscēns Rōmā Rhodum profectus est et ibi clārissimum ēloquentiae magistrum audīvit. 8. Annō ante Chr. n. CCCXXXVIII Macedonēs Lacedaemoniōs apud Chaerōnēam vicērunt.

9. Miltiadēs domō profectus est et Lēmnum vēnit. 10. Alcibiadēs Thūriīs, ex urbe Ītalīae, Ēlidem, deinde Thēbās vēnit. 11. Domum revertēmur et tōtam hiemem domī manēbimus, quia libentissimē domī nostrae sumus. 12. Cīmōn domī militiaeque māgnam glōriam sibi comparāvit. 13. Alcibiadī tōta rēs pūblica domī bellīque trādita est. 14. Post pūgnam multa hominum equōrumque cadāvera humī iacent.

LII.

*De Themistocle.*

Themistoclēs Athēniēnsis, quī apud Salamīna (Salamīnem) parvō numerō nāvium māximam clāssem Persārum vīcit, cīvium suōrum invidiam nōn effūgit. Ob timōrem nimiae potentiae Athēnīs expulsus Argōs concēssit. Deinde absēns Athēnīs prōditiōnis damnātus est. Id cum audīvisset, Corc̄yram dēmigrāvit, quod nōn satis tūtum sē Argīs vidēbat. Paulō post ad Admētum, Molossōrum rēgem, cōnfūgit. Hic supplicem, cum ab Athēniēnsibus et Lacedaemoniīs expōscerētur pūblicē, nōn prōdidit, sed Pynam dēdūxit. Inde Themistoclēs nāvī in Asiam aufūgit et Ephesum pervēnit. Ab rēge Persārum liberāliter exceptus domicilium sibi Māgnēsiae cōstituit. In hāc urbe eum morbō mortuum esse vērīsimile est.

26.

1. Darej, kralj perzijanski, je peljal silno vojstvo iz Azije v Evropo. 2. Atik je prišel iz Grecije v Rim. 3. Na Rodu so cvetele umetnosti in vede. 4. Šestega dne smo prišli iz Aten na Del. 5. V Neapolju so živeli mnogi Rimljani [po] grški šegi (ablāt.). 6. Tak je bil Fabricij v Rimu, kakoršen Aristid v Atenah. 7. Izgnan iz Aten je prišel Alcibijad v Tebe. 8. Pri Pidni so premagali Rimljani Mace-donce l. 168. pr. Kr. r. 9. V mestu Efezu je bilo prekrasno svetišče boginje Dijane. 10. Diogen je mnogo živel v Korintu, slavnem mestu grškem (= Grecije). 11. Likurg je odšel iz Sparte in se ni nikdar [več] domov vrnil. 12. Kmalu bodemo z doma na kmete odpotovali ter živeli to poletje na kmetih. 13. Kedaj se vrnete (futūr.) s kmetov domov? 14. Boljše je biti brez nevarnosti v svoji hiši, ko z nevarnostjo v ptuji. 15. Temistoklej je bil slaven [o] miru in vojni. 16. Utrujeni vojaki počivajo pogosto na tleh.



## Adiectiva.

### LIII.

#### *Servā aequam mentem in rēbus adversīs et secundīs!*

Māgnus est numerus hominum immemororum sortis hūmānae. Homo frūgī, quia memor est incōnstantiae fortūnae, in rēbus secundīs et ipse cautus erit et precēs inopum, infēlicium supplicumque audiet. Plērīque in rēbus secundīs superbī sunt, in rēbus adversīs causam plūrimārum calamitātum nōn in sē, sed in aliīs quaerunt. Paucī in rēbus secundīs aequam mentem, in rēbus adversīs fortem hilaremque animum servant. Spērat in rēbus adversīs, metuit in secundīs alteram sortem pectus bene praeparātum. Utriusque fortūnae auctor Deus est; ā Deō in utrāque fortūnā ōrdiāmur, ā Deō salūtem nostram exspectēmus! Nēquam tantum hominēs Deī obliviscuntur.

### LIV.

#### *Pietās factīs comprobanda est.*

Rēs ad vītam māximē necessāriās Deus māgnificentissimus et benevolentissimus nōbīs omnibus praebet. Multī hominēs auxilium Deī in rēbus māximē arduīs expertī sunt. Quō benevolentior Deus est, eō grātiōrēs et magis piī esse debēmus. Pietās vērō nōn verbīs, sed factīs comprobētur! Quī vērē pius est, is etiam in hominēs egēnōs benevolus erit. Quō benevolentiorēs erimus, eō similiōrēs erimus Deī.<sup>1</sup> Frūgālissimus et Deī<sup>1</sup> simillimus est, quī inopiam hominum egēnōrum quam celerrimē lēnit. Quamquam egēnus parvam cōnsōlātiōnem in egentīore habet et (quamquam) hominēs egentissimī saepe dītissimīs beātiōres sunt, tamen veterrimīs iam praeceptīs admonēmur, ut egēnōrum misereāmur. Quī miserīs auxilium dēnegant, hominēs nēquissimī sunt.

### 27.

1. Zanikarni hlapci pogosto pohujšajo (pass.) hišne sinove. 2. Najbolj (= največ) hvalimo moža, ako ga imenujemo poštenega in vrlega. 3. Večina vojakov je ležala ubita na tleh, le malo jih je ubežalo. 4. Bogovi zahtevajo od ljudij bodro pobožnost. 5. V največ rečeh je srednja pot najboljša. 6. Čim učenejši so ljudje, tem bolj so često zanikarni. 7. Nič ni veličastniše[ga] nego denar zaničevati. 8. Tit je

<sup>1</sup> LIV. *Similis*, e z genet. znači duševno, z dativom telesno podobnost.

*bil najdobrohotniši [izmed] vseh rimskih cesarjev. 9. Sokrata, ki je bil najmodrejši, najpobožniši [in] najvrlejši človek, so obsodili sodržavljeni na smrt. 10. Bog, ki je mogočniši in dobrohotniši [od] ljudij, daje i najbogatejšim i najpotrebnišim vse za (ad) življenje potrebne reči.*

LV.

*Dē Italiā.*

1.

Italia Appennīnis montibus, quī tōtam terram ūsque ad extrēmōs Italiae inferiōris finēs percurrunt, in duās partēs divīsa est; hārum altera ad mare inferum sive Tyrrhēnum, altera ad mare superum sive Hadriaticum pertinet. Itāliam superiōrem Gallī, quī Alpēs transgressī erant, occupāverunt; inde Italia superior appellāta est Gallia citerior. Rōmānī Galliam, quae trāns Alpēs sita erat, Galliam ūteriōrem nōminābant. Per Itāliam superiōrem Padus fluvius fluit; is ab imīs rādīcibus Alpium ortus aliīs flūminibus et ā septentriōnibus et ā meridiē adeō augētur, ut per septem ōra in mare Hadriaticum sē effundat. In Italiā superiōre fluit etiam Athesis, quī ex summīs Alpium Raeticārum montibus ortus in mare Hadriaticum influit.

2.

Italia media sex regiōnēs continēbat: Etrūriam, Latium, Campaniam, Umbriam, Picēnum, Sāmnium. Ex interiōribus regiōnibus, id est ex Appennīnō monte oriuntur Arnus, Tiberis, Liris, quī in mare inferum influunt, Aufidus, quī ad orientem versus in mare superum aquās effundit. Plūrimae urbēs celebrēs sitae sunt ad occidentem et ad mare inferum versus, paucae ad orientem et ad mare superum versus.

3.

Italia inferior priōribus temporibus Graecia Māgna appellābatur, quod in hāc Italiae parte multae māgnaeque civitātēs Graecae erant. Quattuor regiōnēs continēbat, quārum duae, Lūcānia et Bruttium, ad occidentem, duae, Āpūlia et Calabria, ad orientem vergēbant. In extrēmīs Italiae inferiōris regiōnibus Rēgium oppidum situm erat. XVIII milia pāssuum ab hōc oppidō prōmuntūrium Leucopetra abest, in quod dēsinit Appennīnus mōns.

28.

## O Galiji.

*Galijo so delili (pass.) Rimljani v tostransko in onostransko. Deželo, katero so imenovali Rimljani tostransko Galijo, imenujemo mi Gorenjo Italijo. Prebivalci Gorenje Italije so bili za rimskega vladarstva (= [v] časih rimskega vladarstva) Galci; ti so bili prišli iz Galije v Italijo, prekoračivši Alpe. [V] prejšnjih časih je bil le majhen del onostranske Galije Rimljanom pokoren. G. Julij Cezar je prvi podrgel vso onostransko Galijo. [V] poznejših časih so rimske vojske zavzele vso Galijo (tje) do najskrajnjih mej. Osem let so bili sicer Galci branili svojo slobodo z največjo (= najvišjo) hrabrostjo, toda Cezar jih je naposled [po] zelo hudih (= ostrih) bojih (ablāt.) vendar(le) premagal.*

## Numeralia.

LVI.

*Dē exercitū Rōmānō.*

Ab annō ante Chr. n. DIX Rōmae quotannis binī cōsulēs creābantur, quī exercitum quaternārum legiōnum habēbant. Legiō fuit pars exercitūs. Numerus autem militum, quōs legiō continēbat, nōn idem fuit omnibus temporibus. Initiō singulae legiōnēs terna, postea quaterna, nōnnūquam etiam sēna milia peditum, trecēnōs aut quadringēnōs equitēs continēbant. Peditātus legiōnis dividēbatur in dēnās cohortēs, cohors in ternōs manipulōs, manipulus in binās centuriās. Praerant autem singulis manipulīs binī centuriōnēs, singulis legiōnibus lēgātī. Equitātus legiōnis prō numerō cohortium dividēbatur in dēnās turmās, turma in ternās decuriās, quibus decuriōnēs imperābant.

LVII.

*Dē M. Sergiō.*

M. Sergius praetor, cum ā collēgīs sacrificiīs arcērētur, quod dēbilis erat, hanc ferē orātiōnem habuit: «Secundō bellō Pūnicō dextram manum amīsī atque ter et viciēs vulnerātus sum; bis captivus in cūstōdiam abductus bis ex vinculis ēvāsī; sinistrā manū solā quater pūgnāvī; postquam prō dextrā amīssā ferream fabricātus sum, eā tam bene rem gessī, ut Cremōnam obsidiōne liberārem, Placentiam dēfenderem, duodēna hostium castra in Galliā citeriōre expūgnārem. Atque haec ego cum gesserim, ā vōbīs ut homo dēbilis arceor sacrificiīs?

1. Raki imajo po osem nog. 2. Cesar Avgust je spal po sedem ur. 3. Po jedna usta imamo in po dvoje ušes, da več slišimo ko govorimo. 4. Kakor sta bila v Rimu voljena vsako leto po dva konzula, tako v Kartagini po dva kralja. 5. Roke in noge človeške imajo po pet prstov. 6. Pri Rimljanih so zapovedovali centurijoni po sto peščem in dekurijoni po deset konjenikom. 7. Dokler je bila rimska država majhna, je štelo (= obsežalo) rimsko vojstvo 3000 pešcev in 300 konjenikov; posamezne tribue namreč so dajale (praestāre) po 1000 pešcev in po 100 konjenikov. 8. Za (= [v] času) druge punske vojne pa je bilo že v posameznih legijah, ki so bile del rimskega vojstva, po 5000 pešcev in po 300 konjenikov. 9. Nekateri meseci imajo po 31, drugi po 30, [le] jeden po 28 ali 29 dnij. 10. Kmetje ne orjejo njiv [le] jedenkrat, ampak dvakrat ali trikrat [na] (= vsako) leto. 11. Marij je bil sedemkrat konzul. 12. Aleksander Veliki je trikrat premagal Dareja, kralja perzijskega. 13. Cezar se je petdesetkrat bojeval s sovražniki.

## LVIII.

1. Babylōn quattuor latera habēbat, quae centēna vicēna stadia vel quīna dēna mīlia pāssuum longa erant. Mūrī urbis erant CCC pedēs altī et LXXV pedēs lātī. Praetereā Babylōn mūnīta erat CCL turribus trecēnōs dēnōs pedēs altīs et vicēnōs pedēs lātīs. 2. Plumbum ūndeciēs gravius est quam aqua. 3. Bis bīna sunt quattuor, ter terna novem, quater quaterna sēdecim, quinquīēs quīna sunt viginti quinque. 4. Quot sunt quater duodēna? Duodequīnquāgintā. 5. Deciēs vicēnae arborēs sunt ducentae arbores. 6. Ter Rōmānī cum Pyrrhō, rēge Ēpīrī asperae, pūgnāvērunt; bis ab eō superātī sunt, in tertiā pūgnā eum fugāvērunt. 7. Ā terrā ūsque ad lūnam viciēs centēna mīlia stadiōrum sunt, ā lūnā ūsque ad sōlem octiēs mīliēs centum mīlia. 8. Hodiē in ūnis aedibus bīnae nūptiae erant. 9. Pater meus trīnās lītterās ā frātre suō habet; in ūnis singulae lītterae minus clārae sunt. 10. Rōmānī in bellīs plērumque ūna castra pōnēbant; Caesar autem in Galliā contrā Germānōs trīna castra habuit. 11. Rōmānī ab Hannibale victī sunt prīmum ad Ticīnum annō ante Chr. n. CCXVIII, iterum ad Trebiam eōdem annō, tertium ad lacum Trasimēnnum annō CCXVII, quartum apud Cannās annō CCXVI.

## 30.

1. Moj oče je bil dvaindvajsetkrat v Rimu, glavnem mestu Italije. 2. Vzduh je osemstokrat lažji ko voda. 3.  $5 \times 25$  je 125. 4. Koliko je  $64 \times 57$ ? 3648. 5.  $30 \times 20$  konj je 600 konj. 6. Glas je dvajsetkrat hitreji ko tek najhitrejših konj. 7. Britanija je otok [kakih] 2,000.000 korakov v obsegu. 8. V Galiji sta bila dva tabora germanska in trije tabori rimski. 9. Posamezne črke v jednom pismu mojega prijatelja niso lepe, a misli so lepe. 10. Marij je bil prvič konzul l. 647. po ustanovitvi mesta. 11. Zmagan je [bil] Hanibal od Scipijona, sina onega [Scipijona], katerega je bil sam v beg zapodil prvič ob Rodanu, drugič ob Padu, tretjič ob Trebiji. 12. Kserks, kralj perzijski, je odrinil l. 480. pred Kr. r. z 1,700.000 vojakov v Grecijo; njegovo vojsstvo so Grki dvakrat premagali (pass.): prvič pri Salamini, drugič pri Platejah.

## Pronomina.

## LIX.

## Reki.

## A.

1. Iūstitia propter sēsē colenda est. 2. Ipsa virtūs sibimet pulcherrima mercēs est. 3. Quaecumque opīniō vēritātī repūgnat, falsa est. 4. Quidquid nōn licet, nefās putāre dēbēmus. 5. Male vīvit, quisquis nōn honestē vīvit. 6. Quidquid habēmus, Deō dēbēmus. 7. Etiam is nōbīs cārus est, quōcum nūlla nōbīs societās est. 8. Quaecumque viam ingrederis, sequitur mors ut umbra. 9. Quidquid in aliō reprehenditur, id in suō quisque sinū inveniet. 10. Quantaecumque divitiae nostrae sunt, pietās nostra omnibus bonīs multō pretiōsior est. 11. Iūstus ac probus vir quōcumque locō erit, ab omnibus amābitur, quibuscumque aderit. 12. Quot futūrī sint annī vītāe nostrae, ignōrāmus; sed quotquot erunt, satis multī erunt, sī piī ac probī fuerimus. 13. Quōquō modō tē habēs, fortūna mūtāt incertōs honōrēs, nunc tibi, nunc aliī benīgna.

## B.

1. Iūstitiae primum mūnus est, nē cui quis noceat. 2. Pollicitis dīves quilibet esse potest. 3. Avāritia hominem ad quodvīs facinus incitat. 4. Ūnicuique ad nocendum satis vīrium est. 5. Cavē, nē cui temere adsentiāris! 6. Fessīs quodlibet solum cubile est. 7. Quivīs

homo errāre potest; nēmo nisi insipiēns in errōre persevērat. 8. Fortūna prohibitatem et industriam neque dare neque ēripere cuiquam potest. 9. Nōn cuilibet licet dē quāvis rē iudicāre. 10. Nōn est ūlla fortitudō, quae ratiōnis est expers. 11. Beneficium, quod quibuslibet datur, nēminī grātum est. 12. Incertum est, quam longa ūnīuscūiusque nostrum vīta futūra sit. 13. In omnī arte vel studiō vel quāvis scientiā optimumque quidque rārissimum est.

LX.

*Nārrātiunculae.*

1. Cum quīdam flūmen trāsmīssūrus esset, equō vehēns nāvem cōnscendit. Ab aliquō interrogātus, quāenam ēius rei causa esset: «Fēstīnō», inquit.

2. Āgis rēx, cum Ēlēos quōsdam audīvisset glōriantēs, quod lūdīs Olympiīs<sup>1</sup> dīligentissimē iūstītae lēgēs servārent: «Numquid māgnī est», inquit, «quod quintō quōque annō ūnum diem iūstī estis?»

3. Rutilium Rūfum amīcus quīdam summā cum indīgnātīone interrogāvit: «Ecquid tua mihi prōdest amīcītia, sī, quidquid tē rogō, dēnegās?» Eī Rutilius: «Ecquid mihi tua,» inquit, «sī propter tē facinus aliquod commīssūrus sum?»

31.

1. *Nebrojni so narodi, s katerimi so se Rimljani vojskovali.*  
 2. *Kar koli je redko, to je večidel dragoceno.* 3. *[Na] katerem koli kraju sem, vselej se tebe spominjam (sem tebe [genet.] pomljič).* 4. *V vseh človeških rečeh je nekaj slabega.* 5. *Nekaka (aliquis) napaka je tudi v najboljšem človeku.* 6. *Slava je pogosto pohvalna (= s hvalo) govornica o kom.* 7. *Kar je komu koristno, ni brez nobene (= kake) cene.* 8. *Varujte se, da nepremišljeno ne rečete česa proti mogotcem (mogočnim)!* 9. *Pravičnost ne škoduje nikomur (= komu), ki jo ima.* 10. *Kakor koli (= na katerikoli način) se ima [ta] stvar, vi niste vse krivde prosti.* 11. *Čim učenejši je kdo (= vsak), tem zanikarniši je dostikrat.* 12. *Kogar koli je oni čin, nekdo izmed vas je bil njegov vzročnik.* 13. *Ni komur si bodi vseč, kar je vseč nekomu.* 14. *Nekaterim (= nekim) ljudem je sreča bližnjega (= drugega izmed dveh) vzrok nevoščljivosti.* 15. *Kar koli je komur si bodi izmed vas sramotno, to je slehernemu izmed nas greh.* 16. *Prehodili ste že mnogo dežel; je-li [pa] ste videli katero bolj obdelano ko Italijo?* 17. *Vpraša se,*

<sup>1</sup> LX. Sloveni ta *ablāt. temporis* s predlogom: *pri!*

kateri izmed (ex) dveh [da] je vredniši, kateri izmed (ex) več (ljudij) najvredniši. 18. Kolikoršno koli in kakoršno koli je vaše bogastvo, pobožnost vaša je (za) mnogo dragocenejša. 19. Vsak je sam sebi najmanj znan in samega sebe najtežje opaža (= čuti o samem sebi). 20. Vsak (= kdor si bodi) človek more [si] izmisliti (= izobraziti) sramotno govorico o komer hoče. 21. Bog ljubi slehernega izmed nas, draga mu je blaginja vsakega posameznega [človeka].

## LXI.

*Colloquium inter Albīnum et Paullum.*

*Albīnus:* Quis adest? *Paullus:* Nōtus aliquis homo, quem ipse ad tē invitāvistī. *A.* Paullum audiō. Eō magis dēlector adventū tuō, quō minus tē hōc tempore exspectāvī. Unde venīs? *P.* Inde veniō, unde profectus sum. *A.* Iocāris. Ex scholā, opīnor, venīs. *P.* Rēctē tū quidem.<sup>1</sup> *A.* Quot dīscipulōs in scholā vīdistī? *P.* Tot vīdī, quot scholam nostram frequentant; nē ūnus quidem deerat. *A.* Quid trāctāvit hodiē in scholā magister? *P.* Tantum numerum sententiārum nōbīs exposuit, quantum ego vix memoriā tenēbō. *A.* Eam sententiam, quae tibi māximē placuit, mēcum commūnicā! *P.* Plūrimīs verbīs magister commorātus est in sententiā: «Ubi bene, ibi patria.» Hanc sententiam falsam esse nōs docuit et probāvit rēctius nōs dictūrōs (esse): «Ubi patria, ibi bene.» At tempus urget. Tot negōtia mihi pater mandāvit, quot ūnūs hōrae spatiō vix perficiam. Eō, quō pater mē mīsīt, properābō. *A.* Quandō ad mē revertēris? *P.* Quandō negōtia ā patre mihi mandāta perfēcerō, ad tē revertar. Tum diūtius apud tē manēbō. Ūsque ad illud tempus valē mihi que favē!

## Verba anomala.

## XLII.

1. Servus noster idem ēst, quod nōs edimus. 2. Ēste et bibite ita, ut famēs et sitis dēpellātur! 3. Nūmquam ēstōte, priusquam ōrāveritis! 4. Ēsse oportet, ut vīvās, nōn vīvere, ut edās. 5. Multīs hominibus summa cūrārum fuit, quid ēssent, quid biberent. 6. Īgnis nōn exēst Aetnam montem. 7. Quae umquam mōlēs tam firma fuit, quam nōn exēssent undae? 8. Patrimōnium nostrum citō comēssemus, sī tam dēlicātōs cibōs ēssēmus, quam prīncipēs ēsse solent.

<sup>1</sup> LXI. Dostavi predikat: «dīcis»!

## 32.

1. Zmerno pijte in jejte! 2. Ne jejte, ako niste lačni! 3. Clovek naj jé, da živi, [a] naj ne živi, da jé! 4. Mnogi bi radi jedli boljše jedi, ko bi [si] jih mogli kupiti. 5. Najnesrečniši je tisti, ki nima, kar bi jedel, kedar želi jesti. 6. Krivica potre (= izje) srce, dobrota je razveseljuje. 7. O nesrečniki, ki tratite (= snedate) svoje očinstvo [z] razkošnostjo! 8. Sokrat je običaval reči, da mnogi ljudje živijo, da jedo in pijejo, on pa da jé in pije, da živi.

## LXIII.

*Quod sors feret, aequō animō fer!*

Quid quaeque nox aut diēs ferat, incertum est. Homo sapiēns feret, quae mūtārī nōn possunt, ut multī virī sapientēs ferēbant māgnās calamitatēs. Quod male fers, adsuēsce; ferēs bene. Quae Deus tibi imposuit, patienter fer! Ferāmus, quae diū tulimus! Omne onus levius erit, quod bene fertur. Sī patienter ferrēmus mala, ipsa minuerēmus. Quidquid erit, superanda omnis fortūna ferendō est. Proinde aequō animō fertōte, quodcumque sors feret! Rēs adversās tulisse nōn solum māgna laus, sed etiam māgnū sōlācium est.

## LXIV.

*Dē Mercuriō et lignātōre.*

Caedēbat quīdam ligna iuxtā fluvium. Inter opus excidit eī secūris et in flūmine dēmērsa est. Hoc ille damnum molestē ferēs miserē lāmentābātur. Mercurius autem forte eō dēlātus rem nōn distulit in aliud tempus, sed statim hominī opem ferre cōstituit. Itaque in fluvium se mērsit secūrimque rettulit auream. Cum hanc extulisset, interrogāvit lignātōrem, num ea esset, quam āmīssisset. Cum ille negāvisset, Mercurius argenteam extulit. Postquam nē hanc quidem suam esse ille adfirmāvit, ferream attulit, quam ille laetus suam āgnōvit. Hāc probitāte dēlectātus deus illī omnēs secūrēs dōnāvit.

Cum posteā lignātor hoc multīs rettulisset, alius quīdam, quī ab illō valdē differēbat, eandem fortūnam experīrī cōstituit. Itaque cum ad eundem fluvium sē contulisset, secūrim eō abiēcit et in ripā sedēns flēvit. Huic quoque Mercurius sē obtulit. Cum causam lacrimārum audīvisset, auream secūrim extulit et lignātōrem interrogāvit, num eam āmīssisset. Id ille statim adfirmāvit; deus vērō hominis improbitātem indignē ferēs auream secūrim sēcūm abstulit neque ferream ex undīs rettulit.



## LXV.

*Vulpēs pācis nūntia.*

Blandiēns ad stabulum, in cūius tēctō gallus cum gallinīs sedēbat, vulpēs accēssit et: «Salvēte», inquit, «amīcī, et gaudēte! adferō vōbīs nūntium laetum. Omnēs bēstiae inimicitias dēposuērunt, pāx facta est. Cōnsuētūdine ūtuntur leōnes cervōrum, lupī ovium, fēlēs mūrimum. Proinde dēscendite, ut nōs quoque amīcitiā faciāmus!» «Grāta nārrās», inquit gallus, «et nūntium, quem attulistī, statim canī referam, quem appropīnquantem videō.» «At istī», inquit vulpēs, «pāx nōndum nūntiāta est!» statimque aufūgit.

## LXVI.

*Dē Aristippō philosophō.*

Aristippus philosophus aliquandō ad Dionysium tyrannum sē contulerat, ut eum amīcī causā implōrāret, quī capitis condemnātus erat. Cum multa ad dēfēnsionem amīcī attulisset neque tamen tyrannum mōvisset, prōstrātus pedēs ēius amplexus est et veniam impetrāvit. Id cum quīdam philosophō dēdecorī esse dīceret, Aristippus: «Nōn ego», inquit, «in culpā sum, sed Dionysius, quī aurēs habet in pedibus.» Īdem philosophus interrogātus, quem ūsum ēruditiō ēius filiō allātūra esset: «Sī nōn alium», inquit, «hunc saltem, quod (*da*) in theātrō nōn lapis in lapide sedēbit. Īdem ad servum, cum aliquandō in itinere aurī pondere premerētur: «Abice», inquit, «quod nimium est, et fer, quod potes!»

## 33.

1. Orožje zoper domovino vzdigniti (= nesti) je greh. 2. Pomagaj rad nesrečnim in nedolžnim! 3. Potrpežljivo prenašajmo breme ubožnosti! 4. Pesnik Enij je potrpežljivo prenašal dve bremeni: starost in ubožnost. 5. Kar koli usoda prinese (fut. I.), prenašali bodemo [z] ravnodušjem. 6. Nihče ne more reči, kakšne bóli [da] bode kdaj prenašal. 7. Kar se da (= more) prenesti, bodemo prenesli. 8. Usoda se prenašaj (= ima prenašati) [z] ravnodušjem! 9. Kdo bi ne prenašal rad največjih težav in nevarnostij za blaginjo domovine! 10. Vsako polje, ki se obdeluje, ne prinaša sadu (= poljskih pridelkov). 11. Neki grški zgodopisec poroča, da je Sokrat nesel (pass.) ranjenega Alcibijada iz bitke. 12. Dobro, ki se nam more dati, more se nam tudi odvzeti (= odnesti). 13. Kraljevanje (= kraljestvo) se je [v] starih časih izročevalo najpravičnejšim in najmodrejšim možem. 14. Aristid

je zapustil komaj [toliko], s čimur (unde) bi se [mogel] pokopati (= iznesti, cōni. imperf. pass.). 15. Primerite konja z oslom! [V] katerih rečeh se razlikujeta? 16. Kdor bi navračal vse, kar stori, le na (= na samo) slast, [moral] bi se primerjati z živalimi. 17. Konzul M. Kurij Dentat (Mānius (ī) Curius (ī) Dentātus, ī) se ni dal (= mogel) ganiti, da bi vsprejel zlato, ponujeno [mu] od Samničanov. 18. Ko je bila došla vest o prihodu kralja Kserksa, ki je [hotel] vojno vojevati z Grki, je svetoval Temistoklej Atencem, da naj spravijo (cōni. imperf.) sebe in vse svoje [reči] na ladije.

34.

O nesebičnosti kralja Agezilaja.

Pri (= na) Agezilaju, kralju lacedemonskem, je bilo čudovito zlasti to, da ni nikoli (= kedaj) nič [na] svoj dom nesel (= spravil), akoprem (cum) so mu ponujali kralji in države najveličastniša darila. Kdor je bil stopil v njegovo hišo, ni mogel videti nobenega znamenja razkošnosti, nasproti [pa] prav mnoga [znamenja] nesebičnosti in utrpevanja (= potrpežljivosti); ona je bila namreč taka, da se od nje v nobeni reči ni razlikovala hiša katerega si bodi siromašnega državljana.

LXVII.

*Labōre nōn omnia, sine labōre nihil adsequēris.*

Saepe volumus, quae facere nōn possumus. Hominēs prūdentēs nūmquam volent, quae adsequī nōn possunt. Nisi potest id effici, quod vīs, id velīs, quod potes! In rēbus māgnīs voluisse satis est. Utinam semper id vellēs facere, quod et tibi et aliis prōdest! Quī prūdēns est, et sibi et aliis prōdesse vult. Nōtum est illud: Sī vīs amārī, amā! Ā nātūrā ipsā impellimur, ut quam plūrimīs prōdesse velimus. Quī vēram glōriam adsequī vult, is virtūtem colat! Multī volunt sine virtūte et sine labōre glōriam adsequī; sed nēmo sine virtūte et labōre māgna adsequētur.

LXVIII.

*Dē vērā amīcitiā.*

Idem velle atque idem nōlle, ea dēmum firma amīcitiā est. Nōn rārō ex duōbus amīcīs alter vult, quod alter nōn vult. Facile tamen is, quī rēctē agere vult, alterum eō perdūcet, ut nōlit repūgnāre et velit meliōrem sententiam sequī. Sī nōn vīs amīcum rēctē agentem

sequi, nōlī amīcitiās iungere! Utinam hominēs semper rēctē agere vellent! Utinam semper nōllētis cum iīs esse, quī male agunt! Nōlite cum iīs amīcitiās iungere, quī ā virtūtis viā vōs abdūcere volunt!

Hominēs sapientēs mālunt sine amīcīs virtūtem colere, quam per amīcōs ā virtūte abdūcī. Quī tē meliōrem facere nōn vult, is tibi nocēre quam prōdesse māvult. Quī mālet bonus vidērī quam esse, eum vitā! Vōs ipsī mālētis bonī esse quam vidērī. Utinam omnēs mālent virtūtem colere quam peccāre!

LXIX.

*Aptē dicta.*

1. Cum Abdērītārum lēgātus longā ōrātiōne ūsus Āgidem, Lacedaemoniōrum rēgem, rogāvisset, quid vellet sē cīvibus suis nūntiāre, ille: «Nūntiā», inquit, «mē, quamdiū voluisses, aurēs tibi praebuisse.»

2. Cum Alexander Māgnus pōstulāvisset, ut sē (*ga*) Lacedaemoniī in deōrum numerum referrent, Dāmis, rēx eōrum: «Quoniam Alexander», inquit, «deus esse vult, estō!»

3. Rēx Pōrus ab Alexandrō victus, cum interrogarētur, quōmodo sē trāctārī vellet, respondit: «Rēgāliter.»

4. Themistoclēs interrogātus, utrum māllet Achillēs esse an Homērus: «Dīcās prius», inquit, «utrum mālīs esse victor in lūdīs Olympiīs an praecō, quī victōrēs prōnūntiet!»

35.

O človeški volji.

*Mnogi ljudje hočejo prav ravnati, pa ne ravnajo. Vsega sicer ne moreš doseči, kar hočeš. Kajti pogostokrat človek hoče, toda nedostajajo mu moči. Kar se ne da (= more) učiniti, tega nikari (= ne hoti) hoteti! Ako raji hočeš ljubezen nego zavist, pomagaj (ne hoti nedostajati) onim, ki te prosijo, da jih (sē) hoti (= hočeš) ohraniti. Mnogi raji grajajo ptuje napake nego zboljšajo svoje. Znano je tudi, da svoje napake raji opravičujemo nego se jim odpovemo. Narava človeška je taka, da ne maramo brezskrbnosti (= brezskrbno, plūr.), hočemo [pa] dvojljivo. Ko bi [mi] vselej to hoteli, kar bi morali hoteti, ne bilo bi nam nikoli to storiti, česar nočemo (cōni. imperf.). Važnih (gravis, e) rečij nikarite (= ne hotite) odlašati na prihodnji čas! Mnogi [s] svojo usodo niso zadovoljni, ampak se raji poganjajo za ptuje [reči] in so nesrečni. Zakaj pa nočeš srečno živeti? Kdor hoče srečno živeti, ta gōji čednost! Srečen je zadovoljni, srečen je*

*pobožni in pošteni človek, srečen je tisti, ki hoče prav ravnati in [tudi] prav ravna. Kako razna je volja (plūr.) človeška! Filip je raji hotel (imperf.) ljubljen, sin njegov Aleksander strahóten (= ban) biti (praes.). Sokrat bi bil lahko mogel [s] pomočjo prijateljev iz ječe ubežati, ko bi bil hotel; pa ni hotel. Bil je namreč tako dober državlján, da je raji maral umreti nego zakonom nepokoren biti.*

## LXX.

1. Vir fortis omnī periculō impavidus it obviam. 2. Ītur ad astra frūgālitate, fortitūdine aliisque virtūtibus. 3. Hannibal p̄rimus in proelium ĩbat, ūltimus excēdēbat. 4. Eō post mortem ĩbimus, quō omnēs ante nōs ĩerunt. 5. Mī fili, ĩ, quō tē Deus vocābit; quōcumque ieris, in Deī praesidiō eris. 6. Eundum est, quō patria nōs ĩre iubet. 7. Discite, puerī, eunt annī mōre fluentis aquae! 8. Adī formīcam, ĩgnāve discipule, et ab eā dīsce sēdultitatem! 9. Prōdeuntō istī, quī suā sponte in bellum itūrī sunt! 10. In nārātiōne praetereās, quae praeterīrī possunt. 11. Cōnsul ex bellō rediēns occīsus est. 12. Cicerōnī in patriam redeuntī obviam ĩerunt Rōmānī. 13. Vēre ineunte eae avēs, quae autumnō in terrās calidiōrēs abiērunt, ad nōs redeunt. 14. Lacedaemoniōrum puerī saepe sic verberibus caesī sunt, ut multus sanguīs exīret, at nōn gemuerunt. 15. Themistoclēs augustiās quaerēbat, nē multitūdine hostium circumīrētur. 16. Cum hortī et domus Pompēī vēnīrent, nēmo ferē inventus est, quī ea emeret. 17. Apud Rōmānōs antiquōs quī honōrēs ambiēbant, adibant obviam euntēs et eōs salutābant.

## LXXI.

*Dē Alexandrō Māgnō.*

Alexander annō ante Chr. n. CCCXXXVI rēgnum iniit. Anteibat omnēs cōnsiliō, celeritate, fortitūdine; omnēs labōrēs patienter et cōstanter subībat. Cum exercitum parāvisset, annō CCCXXXIV Hellēspontum trānsiit; omnibus ex proeliis victor abiit. Deinde in Āfricam sē contulit, ut Ammōnis orāculum adīret; introiēns in templum ā sacerdotibus Iovis filius appellātus est. Cum Dārēō, rēgī Persārum, obviam ĩsset, ad Arbēla exercitum eius aggrēssus est; ipse in p̄rimam aciem prōdiit. Māgnam Persārum partem in illā pūgnā perisse nōtum est. Terrās incōgnitās aditūrus montēs Asiae altissimōs trānsierat et in Indiā complūrēs urbēs condidit. Cum redisset, Baby-lōnem rēgnī caput fēcit ibique annō CCCXXIII diem obiit suprēmum.

## LXXII.

*Artis amātor.*

Urbis Iassī incolīs māgna pecūnia redībat ē piscātū. Cum apud eōs citharista quīdam in pūblicum prōdisset, omnēs eum aliquamdiū attentē audīverunt. Sed cum tintinnābulum sonāret, quō ad forum piscātōrium vocābantur, statim omnēs abiērunt praeter surdum quendam hominem. Ad hunc adiēns citharista: «Grātiās tibi agō», inquit, «quod artem meam tantī aestimās, cum cēterī, postquam tintinnābulum audīverunt, statim abierint.» At ille: «Quid?» inquit, «tintinnābulum iam sonuit?» Id cum citharista adfirmāvisset, surdus surrēxit et ipse quoque abiit.

## 36.

1. *Kamor koli pojdeš, sledila te bo senca.* 2. *Do lepih častij kreposti se ne pride (= gre) brez težav, kajti pred krepost so postavili bogovi znoj.* 3. *Idite, prijatelji; čas je oditi (= odhajanja).* 4. *Meseci idejo in se vračajo, mi [pa] se ne povrnemo (fut. I.), kedar bomo mrtvi (obīre, fut. II.).* 5. *Pogosto morajo pretrpeti posamični največje nevarnosti, da ne poginejo vsi (= vesoljni).* 6. *Znano je, da odhajajo nekatere ptice pred začetkom zime (= začenjajočo se zimo) v toplejše kraje.* 7. *Štorklje oditi hoteče se zbirajo na določenem (= gotovem) kraju (accus.).* 8. *Ura, ki je minila, se nikdar ne povrne (fut. I.).* 9. *Zelo dvomno je, se li kedaj povrne (fut. I.) zlata doba.* 10. *Učenci naj hodijo radi v šolo, kakor smo mi radi hodili (imperf.).* 11. *Cicerona vračajočega se v Italijo so vsprejeli (pass.) sodržavljani [z] najvišjimi častmi.* 12. *Iz vojne z zmagovitim (= zmagalcem) vojsvom vračajočemu se vojskovodji je šla ogromna množica ljudij naproti.* 13. *Alcibijadu vojskujočemu se na Siciliji je poslala atenska gosposka vest, da naj se vrne domov (imperf.).* 14. *Katerega starodavnega mesta zidovje je obdajalo morje?* 15. *Ni vse na prodaj, kar pride na (ad) trg.* 16. *Ako bodo zakoni na prodaj, bode [moral] država poginiti.* 17. *Cesar Tit se je zarotil, da [hoče] raji poginiti nego [kakega] človeka ugonobiti.*

## LXXIII.

1. *Rānae et in aquā et in terrā vivere queunt.* 2. *Quī ipse sibi sapiēns prōdesse nōn quit, nēquīquam sapit.* 3. *Plūrimī nequeunt, quia nōlunt; quīrent, sī vellent.* 4. *Rīsus interdum ita repente ērumpit, ut eum cupientēs tenēre nequeāmus.* 5. *Antōnius, quod proeliō*

- adversus Catilinam adesse nequibat, Petrēiō lēgātō exercitum permisit.  
 6. Caesar aciem ita īnstrūxit, ut ab hostibus circumīrī nequiret.  
 7. Quidquid bonī cīvēs sine sanguine ulciscī nequibunt, nē ulciscantur!  
 8. Carthāginiēnsēs Rōmānīs resistere nequiverunt.

37.

1. *Cesar pamet ne more, [to] pogosto ozdravi čas.* 2. *Brez vode ribe ne morejo živeti.* 3. *Povejte mi, kdo [da] more zvezde neba šteti.* 4. *Ko sovražniki niso mogli našega vojstva napasti, so se umaknili v tabor.* 5. *Ciceron je hotel slobodo braniti, pa [je] ni mogel.* 6. *Mi tega bremena ne moremo nesti; povejte, ali [je] morete vi; jeden ga ne more nesti (pass.).* 7. *Česar sam ne moreš (cōni.) nesti, ne nalagaj drugemu!* 8. *Niti vojstva niti zakladi niso trdna podpora (= bramba) kraljestev, ampak prijatelji, katerih si ne moreš (cōni.) niti [z] orožjem niti [z] zlatom pridobiti.*

LXXIV.

### *Secundum ōmen.*

Aemilius Paullus cōnsul, postquam annō ante Chr. n. CLXVIII imperātor contrā Persēn, Macedonum rēgem, ēlēctus est, vīdit, cum vesperī domum redīret, Tertiam filiolum trīstī vultū sibi obviam euntem. Sollicitus puellam, quae lacrimāns diū nequibat loquī, interrogāvit, quanam causa trīstītie esset. «Mī pater», inquit illa, «Persa periit.» Tum cōnsul filiolum amplexus: «Accipiō», inquit, «ōmen!» Perierat autem catellus eō nōmine. Neque multō post Aemilius Persēn, quem plūres antea exercitūs Rōmānī complūribus proeliis vincere nequiverant, ūnā pūgnā dēvicit et māgnā cum glōriā Rōmam rediit.

LXXV.

### *Dē mundō.*

Nihil sine causā fit; omnia certīs lēgibus fiunt. Mundus enim ā Deō optimē et sapientissimē factus est et regitur. Nisi cursūs mōtūsque stellārum certīs lēgibus fierent, mundus nōn servārētur. Nihil fierī potest, quod Deus nōn sciat. Quia mēns hūmāna infirma est, saepe fit, ut rērum causās cōgnōscere nequeāmus. Bene autem factum est, quod multa nescīmus. Multa iam nōbīs magis nōta facta sunt, quam antiquīs erant; multa hodiē intellegere nequīmus, quae nōtiōra fiēt. Quoniam nihil sine Deī voluntāte fierī potest, Deō cōnfidāmus! Rēs adversās patienter ferāmus, nam patientiā onus fit levius.

## LXXVI.

*Dē rēge Midā.*

Bacchus ōlim per Phrygiam cum comitibus suis proficiscēbatur. Tum factum est, ut Silēnus, praeceptor eius, itinere deerraret. Hunc Midās, illius terrae rēx, liberāliter excēpit et post quīnque diēs ad Bacchum redūxit. Cum Midae ā deō potestās facta esset optandī, quidquid vellet, ille: «Effice», inquit, «ut, quidquid tetigerō, aurum fiat!» Deus prōmīsīt aurea fore, quaecumque rēx tetigisset. Et rē vērā statim omnia, quae tangēbat, aurea fiēbant. Sed cum cibī quoque aureī fierent, Midās famē vexātus deum ōrāvit, ut dōnum suum revocāret. Tum deus: «Ī», inquit, «ad Pactōlum fluvium ibique tē abluē!» Midās obtemperāvit. Cum aquam tetigisset, facta est colōre aureō et vīs perniciosā ā corpore hūmānō in flūmen cēssit. Ex illis temporibus in Pactōlō fluvio aurum inveniri fama est.

## LXXVII.

*Aptē dicta.*

1. Cum Argīvus quīdam adfirmāvisset Lacedaemoniōs in aliēnis cīvitātibus peregrinantēs pēiōrēs fieri, quod suās lēgēs neglegerent, ūnus ex Lacedaemoniīs: «At Argīvī», inquit, «cum ad nōs vērunt, meliōrēs fiunt.»

2. Dēmostenēs interrogātus, quōmodo ōrātor factus esset: «Plūs», inquit, «oleī quam vīnī cōnsūpsī.»

3. Imperātor quīdam lēgātīs suis dicere solēbat: «Quod fieri quit, iam factum est; quod fieri nequit, faciendum est.»

## 38.

1. *Brez pameti se nič ne more prav vršiti (= zgoditi).* 2. *Mnogo (plūr.) se ne zgodi, dasi se more zgoditi.* 3. *Največ zlega (plūr.) se dogaja človeku od človeka.* 4. *Kolikrat [da] postajajo iz neprijateljev prijatelji, morete sami izprevideti.* 5. *V Atenah se je pogosto dogodilo, da so iz domovine izgnali (pass., imperf.) može, ki so si bili največ zaslug pridobili za državo.* 6. *Ko bi se vse zgodilo, kar ti želiš, zgodilo bi se mnogo, česar drugi ne želijo.* 7. *Bog sam ve, kaj [da] se godi, kaj [da] se je zgodilo [in] kaj [da] se bo zgodilo.* 8. *Kdor bode krivca (= škodujočega) podpiral, postane (fut. I.) sam deležnik krivde.* 9. *Pričakovali smo, da se bo zgodilo, kar se je zgodilo.* 10. *Nikoli (= kedaj) se [ni] nič zgodilo, niti se [ne] bo zgodilo,*

česar Bog ne bode hotel (fut. II.). 11. Zgódi se pravica (= pravičnost), pogini svet! 12. Kar koli se bo [moralo] storiti, lažje bode storil (pass.) oni, ki hoče storiti. 13. Senat je odgovoril Piru, da se mir ne bode sklenil, ako se kralj ne umakne (plūsquamperf. cōni.) iz Italije.

LXXVIII.

1. Sōle omnia in terrā calefiunt. 2. Alpium viae nōn semper primō vĕre patefierī possunt. 3. Rēs pūblica nūquam labefieret, si efficerētur, ut omnēs idem sentirent. 4. Mētalla calefacta liquefiunt. 5. Ūrī adsuēscere ad hominēs et mānsuēfierī nōn possunt. 6. Militēs disciplinā et officiō adsuēfactī fortiōrēs sunt quam tīrōnēs. 7. Cum cōniūratiō Catilināe patefacta esset, ipse cum parte sociōrum abiit in Etrūriam. 8. Si puerī, ā magistrīs totiēns commonefactī, diligentīā, parsimōniā, pietāte magis adsuēfierent, parentēs posteā nōn adficerentur tantīs dolōribus.

39.

1. Vidimo, da ogrevajo (pass.) solnčni (= solnca) žarki zemljo. 2. Napravil se bo ogenj, da se ogrejemo. 3. V pijanosti (= vinu) se je že mnogo hudodelstev razkrilo. 4. Človek je ukrotil (pass.) živali, ki so bile divje rojene. 5. [Z] velikim veseljem me je navdajalo (pass.), da (= ker) si od mene opomnjen storil, kar se je [moralo] storiti. 6. Vi bi postali (za) mnogo boljši, ko bi se [kot] dečki navajali marljivosti in pobožnosti. 7. Jaz bi ne omajeval tvojega sklepa, ko bi se [s] tem (= to rečjo) ne učinilo, da se zgodi (cōni. imperf.) volja tvojega očeta. 8. Umor (= pobj) Cezarja se je zvršil (= zgodil) v senatu; [a] ne bil bi se zvršil, ko bi se bil Cezar, [po] pismu opomnjen, zadosti varoval.

LXXIX.

**Mementō morī.**

Quī mortis meminerit, facile ignōscet iīs, quī ipsum ōdērunt. Idem tempore sapienter ūtētur neque differet in posterum tempus ea, quae cōnficere dēbet. Moneō vōs, ut celeriter et fortī animō incipiātis, quae perficere dēbētis. Nōlīte differre ea, quae coeperitis! Nōtum est illud:

«Incipe, dimidium factī est coepisse.»

«Dimidium factī, quī bene coepit, habet.»

Si fortī animō coeperis, cōstantī animō perge, ut coepistī! Turpe est rem bene coeptam male finīre aut rē fortiter inceptā dēsistere.



LXXX.

*Aptē dicta.*

1. Alexander Māgnus, cum admonitus esset multō plūs vectīgālium ē suis cīvitātibus auferrī posse: «Olitōrem ōdī», inquit, «quī rādicitus herbās ēvellit.»

2. Dēmōnāx interrogātus, quandō coepisset philosophārī: «Tum», inquit, «cum cōgnōscere mē ipsum coepī.»

3. Lēgātī Samiōrum, cum pōscerent auxilium ā Spartānīs, longam habuērunt ōrātiōnem. Tum Spartānī: «Prīma oblītī sumus, postrema nōn intellēximus, quia prīma nōn meminerāmus.»

4. Dēmōsthenis temporibus multī Graeci ā Philippō, rēge Macedonum, pecūniā corruptī sunt. Rēx interrogātus, quōs ōdisset māximē et quōs amāret: «Eōs», inquit, «quī prōdere volunt, amō māximē; eōs vērō, quī iam prōdidērunt, ōdī.»

LXXXI.

*Dē arte memoriae et oblīviōnis.*

Themistoclī Simōnidēs artem memoriae pollicitus est, quā efficere posset, ut omnia meminisset. At ille: «Oblīviōnis artem», inquit, «discere māllem; nam meminī etiam, quae nōlō, oblīviscī nōn possum, quae volō.» Meminisse dēbēmus beneficiōrum acceptōrum, oblīviscī iniūriarum, quās ab aliīs accēpimus. Ōdisse dēbēmus vitia et societātem malōrum hominum, nōn hominēs. Lēge dīvinā admonēmur, nē quemquam ōderimus. Nē eum quidem, quī nōbīs iniūriās intulit, ōdisse fās est. Lēx dīvinā imperat, ut iīs, quī nōs ōdērunt, ignōscāmus.

40.

1. Pomni, da si človek (= smrten)! 2. Pomnite, da vam je umreti! 3. Proročišča so ljudje zgodaj (= kmalu) začeli zaničevati. 4. Kar bodem začel, to bodem tudi končal (= dovršil). 5. Tudi tisti sovražijo krivico, ki jo storé. 6. Kdo bi bil potreben, ko bi se bogatini vselej spominjali revežev! 7. Oni ni varen, katerega mnogi črtijo in se [ga] bojé. 8. Mnogi se bolj spominjajo tistih, katere črtijo, nego tistih, katere ljubijo. 9. Kserks je končal (= dovršil) vojno zoper Grke, začeto od očeta Dareja. 10. Kje je človek (= kdo se more najti), ki ne bi črtil, upal [in] se bal (cōni. praes.)! 11. Znano vam je, [s] koliko dobrohotnostjo [da] se vas vedno spominjamo. 12. Vojaki so bili začeli črtiti ošabnega in krutega poveljnika. 13. Kar je

bilo trdo trpeti, [tega] se je sladko spominjati. 14. Ne moreš sovražiti, ako ne bodeš samega sebe sovražil. 15. Dobri otroci se bodo vsigdar spominjali dobrot, katere so bili prejeli od starišev. 16. Neki grški modrijan, katerega (= koga) je huda (gravis) bolezen mučila (= stiskala, pass.), je dejal prijatelju vprašajočemu, kako [da] se ima (imperf.): «Ze me začenja Spanje izročati svojemu bratu.»

LXXXII.

1. Ex Nestoris linguā, ut ait Homērus, melle dulcior fluēbat orātiō. 2. Nōs nihil cūrāmus, quid āiant aut negent Epicūrēi. 3. Turpissimam aīēbat Fabius imperātōri esse excūsatiōnem: «nōn putāvī.» 4. «Māgna», inquis, «bella gessī, māgnīs imperiis et prōvinciis prae-fuī.» Frēnā igitur etiam animum tuum! 5. «Quae est», inquit, «spēs in armīs?» 6. In morbō corporis saepe animum errāre vidēmus et dēlira fārī. 7. Incerta sunt, quae fandō tantum audīvimus. 8. Valēte et, cum hinc discēsserō, meī mementōte! 9. Cedo aquam manibus, puer! 10. Dīcās mihi, quae sō, quid sit iūcundius quam voluptās! 11. Deōs quaesumus, ut cōnsilia tua rei pūblicae sint salūtāria et tibi. 12. Apage tē! ōdimus sermōnēs tuōs. 13. Avē, pia anima! 13. Epistulās Rōmānī conclūdēbant hīs atque tālibus verbis: «valē», «cūrā, ut valeās», «mē diligēs et valēbis», «valē et salvē».

LXXXIII.

*Nārrātiunculae.*

1. Cratēs philosophus, ut āiunt, cum vīdisset adulēscēntulum sēcrētō ambulāntem, interrogāvit, quid illīc sōlus faceret. «Mēcum», inquit, «loquor». Eī Cratēs: «Cavē», inquit, «et diligenter attende, nē cum homine malō loquāris!»

2. Scīpiō praetor Siculō cuidam patrōnum causae dare voluit hospitem suum, hominem nōbilem, sed admodum stultum. Tum Siculus: «Quaesō», inquit, «praetor, adversāriō meō dā istum patrōnum, deinde mihi nēminem dēs!»

3. Q. Metellus post mortem Scīpiōnis Āfricānī, inimīcī suī, ad filiōs conversus: «Īte», inquit, «filiī, celebrāte exsequiās! Nūmquam cīvis māiōris fūnus vidēbitis!»

4. Pyrrhus, rēx Ēpīrī, ōrāculum dē bellō, quod cum Rōmānīs gestūrus erat, cōnsuluit. Eī ambiguē respōsum est: «Āiō tē, Aeacidā,

<sup>1</sup> LXXXII. Grobni nadpis.

Rōmānōs vincere posse.» Hōc respōnsō incitātus Rōmānīs bellum intulit. Apud Heraclēam, postquam māgna utrimque clādēs accepta est, cōsulem Rōmānum māximē elephantīs vicit. Amīcīs grātulantibus: «Sī iterum», inquit, «sic vicerō, sine milite in Ēpīrum revertar.

41.

1. Vprašan, kaj [da] je prijateljstvo, je dejal neki grški modrijan: «Jedna duša v dveh telesih.» 2. Lacedemonec Lizander je trdil, da je v Sparti najčastniše bivališče starosti. 3. Ne brigajmo se [za to], kaj [da] trdi ali zanikava Epikur! 4. Krepost, krepost sama, dejem, ustvarja (= pridobiva) prijateljstva. 5. Pravijo, da ljudje v ptujih zadevah (= rečeh) več vidijo, nego v svojih. 6. Jedino to, prosim, odpusti mi, oče! 7. Pišite (k) nam češče, prosimo! 8. Prijatelj, podaj [mi] desnico (= desno)! 9. Niti [po] govorici (= govorjenju) se ni slišalo, da je [kak] Egipčan usmrtil mačko. 10. Atika, najdražjega prijatelja svojega, pozdravljam (= dajem pozdraviti). 11. Zdravstvijte in srečni bodite! 12. Poberi se, lažnivec (= lažnivi človek)! Tvojim besedam ne verujemo.

## Verba impersonalia.

LXXXIV.

### *Dē Deucaliōne et Pyrrhā.*

Iovem generis hūmānī, cum vīdisset mōrēs ēius corruptōs, adeō pertaesum est, ut eum paenitēret hominēs creāvisse. Itaque tōtam terram incendiō dēlēre cōstituit; sed meminit veteris cūiusdam ōrāculi, quō praedictum erat tōtum mundum aliquandō igne interitūrum esse. Quia timēbat, nē caelum quoque flammīs corripērētur, placuit eī aliā poenā genus hūmānum perdere. Ēius iūssū pluere coepit. Cum per quadrāgintā diēs noctēsque pluisset, etiam altissimī montēs aquis obruti sunt omnēsque hominēs flūctibus periērunt. Postrēmō Iovī ipsī doluit tōtum genus hūmānum perire.

Deucaliōn cum Pyrrhā uxōre nāvem cōscenderat, ut vītam servāret. Miseritum est Iovem hōrum hominum, cum eōs miserē per undās nāvī vehentēs cōspexisset. Deō, quem māgna utriusque pietās atque probitās nōn fūgerat, placuit eōs servāre. Dēsiit pluere: aquae recēssērunt et nāvis, quā Deucaliōn cum Pyrrhā vehebātur, ad Par-

nāsum montem appulsa est. Iam licēbat ex nāvī exīre. Sed cum tōlum genus hūmānum perisset, nōn iuvābat eōs vīvere. Itaque Iovem ōrāvērunt, ut aut hominēs daret aut sē eādem calamitāte perderet. Iūppiter imperāvit, ut ossa mātris post sē iacerent. His verbīs lapidēs sīgnificāvit, quae essent quasi ossa terrae mātris. Ex lapidibus, quōs Deucaliōn iactāverat, virī crēvērunt, ex lapidibus, quōs Pyrrha iactāverat, mulierēs. Ā Deucaliōne et Pyrrhā igitur, ut aiunt poētae Graecōrum et Rōmānōrum, novum genus hūmānum ortum est.

LXXXV.

*Aptē dicta.*

1. Xenocratēs philosophus, cum maledicōrum quōrundam sermōnī interesset neque quidquam ipse loqueretur, interrogātus, cūr sōlus taceret, respondit: «Quia dīxisse mē aliquandō paenituit, tacuisse nūmquam.»

2. Cum lēgātī Caesaris ad Ariovistum dīcerent: «Venī ad Caesarem», «Quis est Caesar», inquit; sī libet, ad mē veniat! Quid ad illum attinet, quid agat nostra Germānia? Num ego mē interpōnō Rōmānīs?»

3. Cum Sōcratēs virōs aliquot nōbilēs ad cēnam vocāvisset, Xanthippēn, uxōrem eius, modicī apparātūs piguit. At Sōcratēs: «Bonō estō animō», inquit; «nam sī hominēs bonī frūgīque sunt, aequō animō ferent; sīn malī atque intemperantēs, nōn sunt cūrandī.»

42.

1. Ker deži, ne bodemo mogli iti na izprehod (= izprehajati se).
2. Dobrega državljana ne bode nikoli mrzelo umreti za domovino.
3. Ali se je Bog kedaj kesal [svojega] prvega sklepa? 4. Mnogim se rači to storiti, kar ni dovoljeno.
5. Človekoljubnim bogatinom se bodo vsigdar smilili reveži.
6. Starost učini, da se [nam] to ne rači, kar ni dovoljeno.
7. V vseh rečeh glej (= vidi), kaj [da] se spodobi!
8. To storiti je hvalno (= hvala), kar se spodobi, ne kar se sme.
9. Mnogim se gnusi življenje; toda bolj bi se jim morala gnusiti (= bolj bi trebalo, da se jim gnusi) njih (suus) nespametnost.
10. Ciceronu se je gnusilo videti pohujšane nravi sodržavljanov.
11. Veseli me o tebi kaj novega slišati.
12. Ciceronu ni bilo neznano, kaj [da] snuje Katilina.
13. V Italiji se je včasih zgodilo, da (ut) je kamenje (= [s] kamni) deževalo (imperf.).

## Nominativus cum infinitivo.

### LXXXVI.

1. Imperātor Dioclētianus filius scribae fuisse dicitur. 2. Sulla dixisse fertur in Caesare multos Marios inesse. 3. Cōsul Rōmānus ab hostibus inclūsus esse nūntiābatur. 4. Plūs ferē nōbīs posse vidēmur quam possumus. 5. Rōmulus ā senātoribus necātus et clam sepultus esse crēdebatur. 6. Anaxagorās nūmquam in vitā rīsisse perhibetur. 7. L. Acilius nōminātus est Sapiēns, quia iūris cīvilis perītus esse existimābatur. 8. Ulixēs, ut Ithacam vidēret, immortalitatem repudiāvisse scribitur. 9. Terentiī fābulae propter sermōnis ēlegantiam ā G. Laeliō, Scīpiōnis amīcō, scribī putābantur. 10. In Dēmōsthene Athēniēnsī tantum studium tantusque labor fuisse trāditur, ut impedīmenta nātūrae diligentīā industriāque superāret. 11. Senēs colere iubēmini. 12. Dēcēdere Ītaliā lēgātī iūssi sunt. 13. Rēctē puerī vetantur multa loquī. 14. Senātorēs ingredi Aegyptum vetitī sunt. 15. Hamilcar, cum oppūgnāret Syrācūsās, in somnīs vīsus est audīre vōcem sē postrīdiē cēnātūrum (esse) Syrācūsīs. 16. «Cum senātus equitēsque Rōmānī prō mē flēre vetārentur», dixit Cicerō, cum in exsilium iret, «armīs certāre prō meā salūte nōlūi.»

### 43.

1. Pravi se, da je Romul ustanovil z bratom Remom mesto Rim. 2. Latona je pre po (ex) dolgi blodnji pribežala na Del. 3. Zdi se, da smo od vseh zapuščeni. 4. Jednemu [izmed dveh] konzulov se je zaukazalo vojno vojevati s Samničani. 5. Sodilo se je, da Sokrat pohušuje nravi atenskih mladeničev. 6. Poveljnik je vojakom prepovedal (activ. in pass.) tabor zapustiti. 7. Dozdeva se, da ne umejete popolnem (= zadosti), kar vam pravim. 8. Tit je baje pogosto rekel, da je tisti dan izgubil (= ugonobil), katerega ni bil ničesar dobrega storil (cōni.). 9. Mnogi ljudje so na videz (= zdi se, da so) boljši nego so. 10. Poroča se, da je imel Aleksander Véliki mnogo zgodopiscev pri sebi (= seboj). 11. Vojaki so storili, kar se jim je storiti zaukazalo. 12. Zdelo se je, da ste svojo pravico izvrstno branili. 13. Verovalo se je, da je prešel Romul k bogovom. 14. O mnogih rečeh se sodi, predno so se zgodile, da se ne morejo zgoditi. 15. Dozdevalo se je, da se Alcibijad ničesar ne loti brez božje pomoči. 16. Likurg je prepovedal (pass.) [svojim] sodržavljanom mesto Sparto utrditi; rajši je namreč hotel, da so državljani sami nego zidovje mestu [v] brambo (dativ.).

## Iz bajaslovja.

LXXXVII.

1. *Iūppiter et Iūnō.*

Veterēs Graeci et Rōmāni nōn ūnum Deum, ut nōs, sed plūrēs deōs deāsque colēbant. Omnibus diis deābusque praeerat Iūppiter. Hic Sātūrnī et Rheae filius fuisse et in Crētā insulā nātus et ēducātus esse dicitur. Adulēscēns patrem suum rēgnō expulisse atque illud cum duōbus frātribus ita dīvisisse fertur, ut ipse imperium caeli et terrae, Neptūnus maris, Plūtō inferōrum obtinēret. Nihilominus etiam Neptūnus et Plūtō Iovī pārēbant. Iovis enim potestās summa fuit; quārē ab Homērō multīs Īliadis et Odyssēae locīs deōrum hominumque pater ac dominus appellātur. Liberī eius Minerva, Apollō, Diāna, Mārs, Mercurius, Volcānus, multī aliī diī deaeque fuisse traduntur. Fingēbātur Iūppiter plērumque sedēns in soliō eburneō, scēptrum sinistrā manū, dextrā fūlmen tenēns. Iuxtā eum stābat aquila, quae avis eī dicāta erat, et Ganymēdēs, quī pōcula ministrābat. Clārissimum erat simulācrum illud Iovis Olympī, quod Phidiās ex aurō et ebore exstrūxerat. Ex arboribus Iovī dicāta erat quercus.

Iovis uxor et soror Iūnō fuisse perhibētur. Haec erat dea mātrimōniōrum. Fingēbātur in soliō sedēns, habitū rēgālī, scēptrō et diadēmate insignis. Ex avibus pāvō eī dicātus erat, quem in imaginibus eius saepe vidēmus. Iūnōnis ministra et nūntia erat Īris.

2. *Neptūnus, Plūtō, Mārs.*

Neptūnus, Iovis frāter, maris imperium habēbat. Huic equus erat dicātus. Agnōscitur imprimīs tridente, quem manū tenet. Comitātur eum Tritōn filius, tubicen, concham prō tubā gerēns. Praeterea in marī multī diī minōrēs multaeque deae esse putābantur, in quibus clārissimae erant L Nērēidēs, Nērēī senis filiae; ūna ex hīs, Thetis, māter Achillis fuisse fertur.

Plūtō, Iovis frāter, inferōrum deus, pingitur in soliō sedēns, torvō vultū, scēptrō et corōna ex ebenō insignis. Plūtōnis uxor Proserpina, Iovis et Cereris filia, fuisse nūntiātur. Hanc Plūtō ex Sicilia rapuerat. Cereris tamen precibus effectum esse aiunt, ut sex tantum mēnsēs apud cōniugem in Orcō, Plūtōnis rēgnō, ageret, sex reliquōs mēnsēs apud mātrem esset.

Mārs, Iovis et Iūnōnis filius, bellī deus, praecipuō honōre ā Rōmānis colēbātur, atque adeō Rōmulus et Remus, conditōrēs urbis Rōmae, eius filiī esse crēdēbantur. Eī lupus et equus dicātī erant. Fingēbātur truci vultū, currum plērumque cōnscendēns, hastā armātus. In eius honōrem tertius annī mēnsis Mārtius dictus est. Aurīgae mūnere in eius currū plērumque fungēbātur Bellōna, Mārtis soror. Etiam Victōria dea colēbātur, ālata virgō, corōnam vel palmam manū tenēns.

### 3. *Minerva, Vesta, Cerēs.*

Minerva, Iovī dīgnitate proxima, ex capite Iovis nāta esse dīcitur. Haec, sapientiae et artium dea, colēbātur imprīmīs Athēnīs, ubi litterārum studia māximē florēbant. Eadem inventrix artis texendī fuisse fertur; etiam bellī et armōrum dea erat. Fingitur armāta, galeam in capite gerēns et indūta thōrace, in quō Medūsae caput cernitur, serpentibus circumvolūtum, cūius adspectus hominēs in lapidēs mūtāvisse perhibētur. Ex avibus noctua eī dicāta est, ex arboribus olea.

Vesta, Sātūrnī filia, ignem domesticum sīgnificat. Perpetuō virgō fuisse nārrātur. Cultus eius antiquissimus erat. Rōmae prīmum templum eī ā Numā rēge exstrūctum est. In hōc templō nullum simulācrum erat, sed ignis perpetuus servābātur ā virginibus Vestālibus, hūius deae sacerdotibus.

Cerēs, Sātūrnī et Rheae filia, frūgum dea erat. Haec enim prīma agricultūram et ūsum frūmentī hominēs docuisse scribitur, cum antea glandibus vescerentur. Sacra eius arcāna erant et religiōsō silentiō celebrābantur. Fingēbātur corōnam in capite gerēns spīcis ōrnātam, dextrā manū falcem, sinistrā corbem cum aristīs et papāvere tenēns.

### 4. *Venus, Volcānus, Mercurius.*

Venus, amōris et pulchritūdinis dea, ex spūmā maris orta esse dīcitur. Currū vehitur ā cynīs vel ā columbīs trāctō. Ex arboribus eī myrtus dicāta erat. Comitātur eam filius Cupīdō sive Amor, puer ālatus et arcū atque sagittīs instrūctus. Praetereā Venus comitēs habet trēs Grātiās, venustātis deās.

Veneris, pulcherrimae omnium deārum, cōniunx erat Volcānus, taeterrimus omnium deōrum, Iovis et Iūnōnis filius. Hic propter dēfōrmitatem ab Iove ōlim ex caelō dēiectus et in Lēmnum insulam lāpsus esse trāditur. Ex hōc cāsū eum claudum fuisse aiunt. Erat autem deus ignis et fabrōrum ferrāriōrum. Officīnam habēbat in Aetnā

monte. Ministrī ēius erant Cyclōpes, gigantēs ūnum oculum in mediā fronte habentēs.

Mercurius, Iovis et Māiae filius, nūntius deōrum erat, imprīmīs Iovis. Praeerat sermōnī et ēloquentiae; animās mortuōrum ad inferōs dēdūcēbat; mercātōrum quoque et lucrī atque adeō fūrum deus habēbātur. Praetereā mūsicēs et lyrae inventor fuisse fertur. Fingēbātur iuvenis eximiā fōrmā, tālāribus ālātis insīgnis, cādūceum sīve virgam manū tenēns, cui duae serpentēs circumvolūtāe erant. Īdem adiūtor hominum et auctor pācis (esse) putābātur, cūius sīgnum ōlim fuit ille cādūceus.

44.

Primerni izreki.

1. *Talet, vprašan, kaj [da] je (imperf.) lahko, je pre odgovoril: «Drugega opominjati.»*

2. *Platon, ko so ga vprašali (pass.), kakšen razložek (= kaj [da] je (imperf.) vmes) med pametnim in nespametnim [človekom], je baje odgovoril: «Kakoršen (= kar) med zdravnikom in bolnikom.»*

3. *Ko je bil Cezar, potujoč v Galijo, prišel v neznatno vas, je rekel, [kakor] se poroča, svojim spremljevalcem: «Raji hočem v tej vasi prvi nego v Rimu drugi biti.»*

4. *Poroča se, da je neka Lakonka rekla svojemu v bitev idočemu sinu, kažoča [na] ščit: «Vrni se ali s tem, ali na tem!» [Na] ščitu (ablāt.) namreč so nosili (pass.) one, ki so bili pali v boju.*

Participijalni skladi.

LXXXVIII.

R e k i.

1. Multa cupientibus dēsunt multa. 2. Nihil cupienti nihil deest. 3. Is, quī sapit, castra hominum nihil cupientium petet. 4. Libenter sequuntur teneri et incorrupti animi rēcta mōnstrantem. 5. Male parta male dilābuntur. 6. Semel mentitō nōn facile crēdimus. 7. Inventūris inventa nōn obstant. 8. Homo sapiēns nōn aurum ex terrā effōssum, sed dīvitiās perpetuō mānsūrās sibi comparābit. 9. Probitās et iūstitia sunt dīvitiāe perpetuō mānsūrae. 10. Quī probitātem et iūstitiam per tōtam vītā servāverit, glōriam nōn interitūram et sibi et liberis relinquet.



## LXXXIX.

1. L. Quinctiō Cincinnatō arantī nūntiātum est eum dictatōrem esse dictum. 2. Alexander Aegyptō potitus Alexandriam condidit. 3. Rēgulum Carthāginem reversum Carthāginiēnsēs crūdēli morte necāvērunt. 4. Quibusdam tremunt genua dictūrīs. 5. Alcibiadēs patī nōn poterat Athēnās victās Lacedaemoniīs servīre. 6. Platō LXXXI vītae suae annō scribēns mortuus est. 7. Hominēs sōli omnium animalium nōn sitientēs bibunt. 8. Sapientī nōn terribilēs sunt minācēs tyrannī vultūs nihil nisi turpitudinem timentī. 9. Multa nōn vidēmus ante oculōs posita. 10. Lacedaemoniī lēgātōs ad Apollinem misērunt cōnsultūrōs, quid facerent. 11. Rōmānī multīs gentibus auxilium tulērunt nōn rogātī. 12. Catilīna ad exercitum profectus est bellum patriae illātūrus. 13. Māgnōs virōs venerāmur etiam mortuōs. 14. Thēbae ante Epaminōndam nātum et post ēius interitum perpetuō aliēnō pārūrunt imperiō. 15. Annō CCCII ab urbe conditā decemvirī creatī sunt, ut cīvitātī lēgēs scriberent. 16. Tīmoleōn lūmina oculōrum amīsit; sed hanc calamitatem ita moderatē tulit, ut nēmo eum querentem audīverit. 17. Sōcratem Xanthippē aiēbat eōdem semper vultū sē vīdisse exeuntem domō et revertentem.

## XC.

*Dē Aristīde.*

Cōnstat Aristīdem, cum in invidiam cīvium vēnisset, exsiliō decem annōrum multātum esse. Is, cum in cōntiōne intellegeret concitātam multitudinem reprimī nōn posse cēdēnsque vīdisset quendam scribentem, ut patriā pellerētur, eum interrogāvisse dīcitur, quārē id scriberet, aut quid Aristidēs commīssisset. Ille respondit sē Ignōrāre Aristīdem, sed sibi nōn placēre, quod tam cupidē labōrāvisset, ut praeter (*pred*) cēterōs Iūstus appellārētur.

## XCI.

*Corvus et Caesar.*

Cum Augustus elātus victōriā Actiacā Rōmam revertisset, inter grātulantēs occurrit eī quīdam corvum tenēns, quem haec dīcere docuerat: «Avē Caesar, victor, imperātor!» Mirātus Caesar avem māgnō pretiō ēmit. Paulō post ā psittacō similem in modum salutātus hunc quoque emī iūssit. Hāc rē sūtor quīdam, ut idem corvum doceret, adductus est. Is labōre fatīgātus avī nōn respondentī dīcere

solēbat: «Oleum et operam perdidī.» Tandem corvus illud: «Avē Caesar, victor, imperātor» dīcere potuit. Sed Augustus, cum prae-  
teriēns eum audivisset, sē avem emptūrum esse negāvit, quod domi  
satis tālium artificum habēret. Tum vērō corvus exclāmāvit: «Oleum  
et operam perdidī.» Hāc vōce Caesar valdē dēlectātus hanc quoque  
avem māximō pretiō ēmit.

45.

1. Pravičnost je [ona] krepost, [ki] podeljuje vsakemu svoje.  
2. Mnoga blaženstva so boljša [za-te (= tem), ki še] upajo, nego [za  
te, ki] so jih dosegli. 3. Kamil (Camillus, i) je osvojil [kot] diktator  
Veje, [katere] so bili Rimljani 10 let oblegali (pass.). 4. Pobožni  
ljudje bodo po smrti deležni sreče, [ki] bode vedno (= neprestano)  
ostala. 5. Velika je bila Hanibalova bol, [ko] je Italijo zapuščal.  
6. Kserksa je odgnala Temistoklejeva zvižča v Azijo, [potem ko] je  
bil [v] bitvi pri Salamini premagan. 7. Polastivši se otokov so kaznili  
Atenci nezveste zaveznike (= tovariše). 8. Homer pripoveduje, da se  
je vrnil Uliks v domovino, [potem ko] je bil mnogo pretrpel. 9. Velik  
del ljudij je, ki ne misli na (dē) nevihto, [kedar hoče] ladjati.  
10. Mnogi zanemarjajo čas, [dasi] hitro (u)beži. 11. Pogosto se zgodi,  
da (ut) prav nesrečni ljudje ne morejo unreti, [akoprem si] žele.  
12. Egipčani niso ubili [nobene] mačke, [ker] so se bali, da ne bi  
bila duša kakega prijatelja v njej. 13. [Ker] je Alcibijad videl, da  
mu (sibi) zaradi moči lacedemonske ni nobeden kraj v Greciji varen,  
je krenil v Azijo. 14. [Ako] vidite bednega človeka, pomagajte mu!  
15. Znano je, da lev rjove, [ako] je lačen. 16. Prijam je prišel v  
grški tabor, ne [da bi] bil spoznan. 17. Mnoge knjige se hvalijo, ne  
[da bi] bile brane. 18. Pir je bil od Rimljanov premagan [in] je  
zapustil Italijo. 19. Aleksander Véliki je umrl [v] 8. letu po ustano-  
vitvi Aleksandrije, l. 322. pr. Kr. rojstvom. 20. Slišal sem Sokrata  
reči, da je začimba jedi lakota, pijače [pa] žeja. 21. Mnogi narodi  
so zapustili svojo domovino, [da bi si] poiskali novih bivališč. 22. La-  
cedemonec Lizander je oborožil (= pripravil) silno ladjevje, [da bi]  
poskusil bojno (= vojne) srečo.

46.

Pripovedke.

1. Ko je videl Diogen dečka vodo z grstjo (= votlo roko) zajema-  
jočega, je takoj zdrobil (= zlomil) svojo čašo rekoč: «Kako potraten  
(= razkošen) sem bil!»

2. Sokrat je hvalil te prošnje nekega starega pesnika: «O Jupiter, to, kar je dobro, daj nam i [ako] prosimo i [ako] ne prosimo, kar je slabo, odreči (= zanikaj) nam, tudi [ako] prosimo!»

3. Zenon je rekel pri (= v) gostovanju mladeniču, [ki] je stanovitno molčal: «Ako si neumen, modro ravnaš, da (= ker) molčiš; ako si pa moder, neumno ravnaš.»

## XCII.

1. Pýthagorās Tarquiniō Superbō rēgnante in Ītaliā vēnisse dīcitur. 2. Vēre ineunte eadem diē noctisque longitūdō est. 3. Ōrantibus amīcīs tamen Sōcratēs carcerem nōn reliquit. 4. Voluptāte dominante māximae virtūtēs iacent. 5. Antōnius ingēns bellum commōvit cōgente Cleopatrā, rēgīnā Aegyptī. 6. Annō ante Chr. n. CCCLXVI p̄imum alter cōsul ex plēbe creātus est p̄stulantibus tribūnīs plēbis. 7. Trōiā captā Graecī saeviēbant in Trōiānōs. 8. Tarquiniīs Rōmā expulsīs Rōmānī duōs cōsulēs creāvērunt. 9. L. Iūnius Brūtus exāctīs rēgibus p̄imō annō cōsul fuit. 10. Ephorī Pausaniae prōditōne cōgnitā in urbe Spartā eum comprehendere voluērunt. 11. Hannibale duce Carthāginiēnsēs bellum cum Rōmānīs gessisse nōtum est. 12. G. Caniniō cōsule nēmo Rōmae prandit; eō cōsule nihil malī factum est. 13. Aemiliō Paullo, Terentiō Varrōne cōsulis sive annō ante Chr. n. CCXVI Rōmānī ab Hannibale apud Cannās victī sunt. 14. Augustō vīvō artēs et litterae apud Rōmānōs flōruērunt. 15. Tranquillō marī quilibet gubernātor est. 16. Invitō Fabiō Māximō dictātore Minūcius magister equitum cum Hannibale annō ante Chr. n. CCXVII cōnflīxit.

## XCIII.

*Quōmodo Themistoclēs Graecōs coēgerit cum Persīs pūgnāre.*

Xerxēs, rēx Persārum, Thermopylīs expūgnātīs ad urbem Athēniēnsium accēssit eamque nullīs dēfendentibus incendiō dēlēvit interfectīs sacerdotibus, quōs in arce invēnerat. Cēterīs Graecīs hortantibus, ut in suam quisque urbem īret suisque sē moenibus dēfenderet, Themistoclēs ūnus restitit et ūniversōs Persīs parēs esse dīxit, dispērsōs peritūrōs esse ōstendit. Graecīs nē hīs quidem verbīs mōtīs, ut pūgnārent, fidēlissimum dē servīs suis ad Xerxem mīsit, ut eī nūntiāret Graecōs in fugā esse. Hāc rē auditā Xerxēs dolum in verbīs

Themistoclis nōn inesse crēdēns Graecōs aggrēssus est locō sibi aliēnissimō, Graecīs opportūnissimō. Graecī pūgnāre coāctī Persās vīcērunt. Victus igitur est Xerxēs magis cōnsiliō Themistoclis quam armīs Graeciae.

## 47.

1. [Kedar] se zima vrača, odleti večina (= največ) ptic v druge kraje. 2. [Dasi] je Ciceron svaril, je ostal Pompej vendar v Italiji. 3. Hanibal ni mogel Rimljanov popolnem premagati, [ker] ga Kartazani niso podpirali. 4. Z božjo pomočjo (= [ako] Bog pomaga) je vsako delo lahko. 5. Sirakuze so Rimljani osvojili, [ker] so bile mestne (= mesta) straže zanemarjene. 6. Darej, kralj perzijanski, je umrl zapustivši dva sinova: Kserksa in Cira. 7. [Ko] je bil kralj Perz ujet, so služili mnogi Macedonci Rimljanom. 8. [Dasi] je bil Cezar umorjen, se vendar sloboda ni vrnila (reddō 3). 9. Kaj se more storiti ali misliti, [da bi] Bog ne vedel? 10. Po smrti (particip.) kralja Nume Pompilija [si] je izvolil rimski narod Tula Hostilija [za] kralja. 11. [Ko] je bil Ciceron deček, nastala je vojna med Marijem in Sulo. 12. Slava atenska (= Aten) je bila največja za Perikleja (= [ko] je bil Periklej živ). 13. Kartagino so Rimljani razrušili (pass.) za konzulovanja (= [ko] sta bila konzula) G. Kornelija Lentula (Gāius (ī) Cornelius (ī) Lentulus, ī) [in] L. Mumija (Lūcius (ī) Mummius, ī) ali l. 146. pr. Kr. rojstvom. 14. Ob prihodu (particip.) Perzijanov so zasedli Grki Termopile. 15. V tem istem letu, v katerem je umrl govornik Ciceron, za konzulovanja Avla Hircija (Aulus (ī) Hirtius, ī) [in] G. Vibija Panze (Gāius (ī) Vibius (ī) Pānsa, ae) ali l. 43. pred Kr. rojstvom, se je narodil pesnik Ovidij. 16. Ob prihodu Galcev so zasedli Rimljani grad in Kapitolij [ter] so zapustili ostali del mesta. 17. Zoper voljo božjo (= Boga) se nič ne more zgoditi. 18. L. Junij Brut je dal (= velel) svoja sinova usmrtiti, ker sta zoper voljo in brez vednosti očetove (= ne [da bi] oče vedel) podpirala iz Rima izgnane Tarkvinijeve.

## XCIV.

*Epistula.*

Albīnus Paullō suō salūtem (dīcit).

Sī valēs, bene est: ego valeō. Valētūdinem meam imprīmīs frequentibus corporis exercitātiōnibus dēbeō, quae nōbis ā magistrīs nostrīs commendantur. Vēre enim ineunte dīscipulī magistrō duce in campum apertum exīre solēmus; ibi aptīs lūdīs firmāmus corporis

vīrēs iisque firmātīs etiam animī vīrēs augēmus. Nūper ex urbe ēgrēssi cōstituimus pūgnās ante Trōiam pūgnātās imitārī. Nōminibus igitur mūtātīs lūdere coepimus; iīs, quī mē sequēbantur, nōmina Trōiānōrum, frātris meī sociīs nōmina Graecōrum erant; ipse Hector appellābar, frāter Agamemnōn. Nec solum singulī cum singulis pūgnābāmus, sed etiam aciē instrūctā tōtus Trōiānōrum exercitus cum cōpiīs Graecōrum cōnflīxit, ut vāllum ab hīs cōnstrūctum expūgnāret. Clāmōre sublātō impetum fēcimus; illi vērō fortissimē vāllum dēfendentēs cōpiās nostrās reppulērunt. Gladiīs ligneīs strictīs nēmo vulnerātus est. Lūdō institūtō ūsque ad sōlem occidentem dēlectābāmur. Tum vērō tempestās subitō coorta pūgnantēs dirēmit et in urbem redīre coēgit. Cāsūs hūius adversī brevī tempore oblītī sumus, lūdi diū meminērimus.

Frāter meus plūrimam tibi salutem dicit. Tū vērō cūrā, ut valeās, et mē amēs!

## XCV.

*Dē Iānī templō.*

Numa Pompilius, cum efferārī militiā cīvium animōs vidēret, Iānum indicem pācis bellīque fēcit, ut apertus in armīs esse cīvitatē, clausus pācātōs esse circā omnēs populōs significāret. Bis deinde post Numae rēgnum clausus est: semel Titō Mānliō cōsule post bellum Pūnicum primum, iterum post pūgnam Actiacam ab imperātōre Augustō pāce terrā marīque partā.

## 48.

## O Aleksandru Vèlikem.

*[Ko] je bil Egipet osvojen, se je napolil Aleksander k proročišču Jupitra Amona. Ko je bil prišel, premagavši največje težave, k njegovemu svetišču, so ga pozdravili (pass.) svečeniki [kot] sina [onega] boga. Vrnivši se od ondod je odrinil proti Dareju, kralju perzijanskemu, ki je bil že silno vojstvo zbral. [Ko] so se Perzijani bližali, je uredil Aleksander bojno vrsto. Bitev se je bila pri Arbeli. [Dasi] so se Perzijani hrabro bojevali, so jih vendar Macedonci preobvladali (pass.). Premagavši Dareja je izvojeval Aleksander glavna mesta [njegovega] kraljestva ter se polastil ogromnega plena. Osvojivši si ta mesta so proganjali Macedonci bežeče Perzijane. Po smrti (particip.) Darejevi je prišlo perzijansko kraljestvo v oblast Aleksandrovo.*

## Stavki, vpeljani z vezniki: da, da ne.

### XCVI.

#### *Dē grātō rēge.*

Persae rēgī proficiscentī dōna dare solēbant. Persa quīdam ōlim Artaxerxī procul ā domō obviam factus esse dīcitur. Cum nōn habēret, quod illī dōnāret, ad Cŷrum, fluvium propīnquum, properāvit, ut aquam haurīret. Hanc cavā manū rēgī offerēns: «Nunc quidem», inquit, «nē dē fidē meā dubitēs nēve sine mūnere hinc abeās, ōrō tē, rēx, ut hanc aquam ex Cŷrō fluviō haustam accipiās! Sed permittās, ut, cum domum vēnerō, alia dōna tibi mittam et perficiam, nē cuiquam eōrum cēdam, quī mūneribus tē ōrnāvērunt.» Rēx valdē dēlectātus imperāvit comitibus, ut aquam vāse aureō exciperent. Eōdem diē autem virō vās aureum, vestem pretiōsam māgnamque pecūniā mittī atque haec dīcī iūssit: «Nē putēs mē ingrātum esse, ōrō tē, ut haec dōna accipiās. Cum autem mihi aquam, omnium rērum optimam eamque ex Cŷrō fluviō haustam dōnāveris, optō, ut in posterum hōc vāse aureō illius fluvii aquam bibās.»

### XCVII.

#### *Dē Dārēi crūdēlitāte.*

Dārēus, rēx Persārum, exercitum in Eurōpam trānsmīssūrus erat, ut Scythīs bellum inferret. Quō māiōrēs cōpiās cōgeret, ad ūnum omnēs, quī arma ferre possent, convenīre iūssit. In exercitū illō quattuor quoque filiī fuērunt Persae cūiusdam nōbilis. Hic metuēns, nē ūnō bellō omnēs filiōs amitteret, rēgem ōrāvit, ut ūnum filium sibi (*mu*) relinqueret. Tum rēx: «Cum timeās», inquit, «ut omnēs filiī tuī ex bellō redeant, spondeō mē omnēs relictūrum esse.» Ac statim imperāvit, ut omnēs quattuor filiī occiderentur, quō aliōs dēterrēret, quōminus idem peterent.

### XCVIII.

#### *Dē Pausaniā.*

Pausaniās Lacedaemonius nōn solum Spartam, sed etiam tōtam Graeciam sub potestātem rēgis Persārum redigere voluit. His rēbus cōgnitīs ephorī eum comprehendī iūssērunt. At ille in aedem Minervae cōnfūgit, quō prohibēret, quōminus in carcerem conicerētur. Hinc nē

exīret, ephorī valvās aedis obstrūxērunt tēctumque dēmōlītī sunt, quō celerius sub dīvō moreretur. Tum māter quoque Pausaniae scelere filiī compertō in prīmīs lapidem ad introitum aedis attulisse fertur impeditūra, quōminus filius effugeret. Hic, cum sēmianimis dē templō ēlātus esset, statim animam efflāvit. Sīc Pausaniās māgnam bellī glōriam turpī morte maculāvit.

49.

1. *Že [kot] dečki morate skrbeti, da bo (= je) vaša starost častna.* 2. *Pametni očetje ne kaznijo, ker se je grešilo, ampak da bi se ne grešilo (praes.).* 3. *Zahteva se od vas, da se vzdržujete zlasti teh napak, zaradi katerih ste koga drugega grajali.* 4. *Znano je, da je Hanibal pil (sūmō 3) strup, ki ga je seboj nosil, da ne bi bil izdan Rimljanom.* 5. *Lakomnik se vedno boji, da ne bo imel (praes.) zadosti.* 6. *Rimljani so se zelo bali, da se ne bi Galci drugič vrnili.* 7. *Solon je baje hlinil blaznost, da bi tem več koristil državi.* 8. *Oblastnike in zakone imamo zato od prednikov, da se podeljuje vsakemu svoje in da ni nihče (= kdo) svoje boli maščevalec.* 9. *Jeza ovira duha, da ne more spoznati (= ločiti) pravega.* 10. *Hanibala Alpe niso ovirale, da ne bi prepeljal svojega vojsstva v Italijo.* 11. *Aleksandra ni ostrašil (pass.) noben zadržek, da ne bi prodril do oceana.* 12. *Kaj ovira Boga storiti, kar hoče!* 13. *Sparta ni imela zidovja, da bi državljani tem hrabreje branili mesto.* 14. *Zgodopisci pripovedujejo, da so Lacedemonci hoteli ovreči, da ne bi Atenci utrdili svojega mesta.* 15. *Pred bitko s Helvečani (bito) je dal (= velel) Cezar odpraviti konje, da bi s tem odvezel (pass.) vojakom nado [na] beg (genet.).*

XCIX.

***Dē imperātōre Titō.***

Imperātor Titus fuit vir omnī genere virtūtum admīrābilis adeō, ut amor et dēliciae generis hūmānī appellārētur. Tantaē humānitātis in imperiō fuit, ut nēminem pūnīret. Facilitātis et liberalitātis tantaē fuit, ut, cum nūllī quidquam negāret et ab amicīs reprehenderētur, respondēret nēminem trīstem dēbere ab imperātōre discēdere. Cum quōdam diē in cēnā recordātus esset nihil bonī sē illō diē cuiquam praestitisse: «Amīcī», inquit, «hodiē diem perdidī!»

## C.

*Crassus et tēstis.*

Cum laesisset tēstis Silus Pisōnem et dīxisset sē in eum aliquid malī audīvisse: «Potest fierī», inquit Crassus, «Sile, ut is, ā quō tē audīvisse dīcis, irātus dīxerit.» Adnuit Silus. «Potest etiam fierī, ut tū nōn rēctē intellēxeris.» Id quoque tōtō capite adnuit. «Potest etiam fierī», inquit, «ut omnia, quae tē audīvisse dīcis, numquam audiveris.» Hoc ita praeter exspectātiōnem accidit, ut tēstem omnium rīsus obrueret.

## CI.

*Dē Alcibiade.*

Quis vestrum est, quīn dē Alcibiade audierit? Nōn enim dubitandum, quīn hic ingeniōsus cīvis Athēniēnsis omnium aequālium disertissimus, reī militāris perītissimus idemque levissimus fuerit. Cōnstat eum ob inimīcum in patriam animum pulsum esse in exsilium. Sed, quālēs tum rēs Athēniēnsium erant, fierī nōn potuit, quīn mox revocārētur et simul cum Thrasybūlō et Thrasyllō imperiō praeficerētur. Hōrum in imperiō tanta commūtātiō rērum facta est, ut Lacedaemonii, quī paulō ante victōrēs fuerant, perterritī pācem peterent. Nam Alcibiadēs cum collēgīs recēperat Iōniam, Hellēspon-tum, multās praetereā urbēs Graecās, quae in ōrā Asiae sitae sunt. Postrēmō praedā onustī Athēnās vēnērunt. Tum Athēniēnsēs facere nōn potuērunt, quīn Alcibiadī ē nāvī ēgrēssō grātiās agerent. Itaque retinērī nōn poterant, quīn eum, quamquam Thrasybūlus et Thra-syllus simul vēnerant in Piraeum, ūnum omnēs prōsequerentur et corōnīs aureīs dōnārent. Ille lacrimāns tālem benevolentiam cīvium suōrum accipiēbat. Postquam in urbem vēnit, contiōne advōcātā sic verba fēcit, ut nēmo tam ferus esset, quīn eius cāsum miserārētur inimīcusque iīs esset, quōrum operā patriā pulsus erat.

## 50.

1. Naravno je (= [po] naravi se godi), da starši ljubijo [svoje] otroke. 2. Mnogi starčki so tako slabotni, da ne morejo opravljati dolžnostij življenja. 3. Nihče ni tako pravičen, da ne bi nikoli grešil (praes.). 4. Krepost učini, da ugajamo (= smo všč) Bogu in ljudem. 5. Pogosto se zgodi, da se izpremeni naša volja zajedno s srečo. 6. Zvezd je toliko število, da se ne dajo (= morejo) šteti. 7. [Po] ošabnosti Pavzanijevi in pravičnosti Aristidovi se je zgodilo, da so



*pristopile* (imperf.) skoro vse grške države (*k*) atenski (= *Atencev*) zavezi. 8. Nobena reč ni tako dognana (= *gotova*), da bi bedaki ne dvojili (*praes.*) o njej. 9. Ni dvomiti, da je solnce večje od zemlje. 10. Kdo bi dvojil (*praes.*), da je duša (*plūr.*) človeška nesmrtna? 11. Nisem si mogel kaj, da ti ne bi izrazil svojega mnenja in [*svoje*] volje. 12. Ni dvomno, da se bodo duše dobrih preselile po smrti v bivališče blažencev (= *blaženih*). 13. Vojaki so se komaj dali (= *mogli*) zadržati, da ne bi vdrli v mesto. 14. Kdo je kedaj dvomil, da je vedno imela (= *držala*) v državi prvo mesto (*partēs, ium*) zgovornost, [*a*] drugo znanje prava?

## Perfecta in supina pravilnih glagolov.

### Prva konjugacija.

#### CII.

1. Caesar ignāvōs mīlitēs increpuit, fortēs laudāvit. 2. Augustus carmina Vergiliī cremārī vetuit. 3. Pompēius in lītore Aegyptī necātus est. 4. Cōnstat quōsdam nimiō gaudiō ēnectōs esse. 5. Pāstōrēs ōtiōsī sub altā quercū cubuērunt, cum subitō tonuit. 6. Ante Leuc-tricam calamitātem Spartae in Herculis templō arma sonuisse dīcunt. 7. Crēbrīs fulguribus procul nūbēs micuērunt, sed tonāre nōn audīvimus. 8. Pater meus gravī morbō implicitus est. 9. Militēs, cum torpentēs gelū in castra revertissent, membra fricuērunt. 10. Sapiēns quīdam Alexandrō dīxit: «Rēx, tot gentēs domuistī; irācundiam tuam domā, nam cupiditātēs tuae magis indomitae sunt quam gentēs ferōcissimae.»

#### CIII.

### *Vercingetorīx Arvernōs adhortātur, ut libertātem patriae dēfendant.*

Rōmānī multās gentēs domuerant. Cum ā Caesare iam māgna Galliae pars domita esset, etiam Arvernōs adortī sunt. Māgnā tamen fortitudīne Arvernī contrā Rōmānōs dīmīcāvērunt. Vercingetorīx ācerimus dēfensor libertātis Arvernōrum erat. Cum vērō nōn omnēs Arvernī parātī essent prō libertāte patriae pūgnāre, ille hīs verbīs cunctantēs increpuit: «In patriā nostrā castra Rōmānōrum clāmōre militum sonuērunt; frūmentum ex agrīs nostrīs sectum in castra Rōmānōrum comportātur. Cur cunctāminī patriae libertātem dēfen-

dere? Nisi cubuissētis in vīcīs vestrīs immemorēs exemplī māiōrum, illī in patriam nostram nōn intrāvissent. Helvētīi quondam eōs, quī libertātem patriae dēfendere nōn parātī erant, īgne necāvērunt iisque, quī nōn fortiter prō patriā pūgnābant, aurēs dēsecuērunt, ut aliōs māgnitūdine poenae terrērent; Arvernī nōn libenter prō patriā pūgnābunt? Lēgēs nostrae vetant in castrīs hostium versārī. Quod lēgibus māiōrum vetitum est, vītate! Rōmānōrum, quī hostēs patriae nostrae sunt, amīcītia nōbīs perīculōsissima est. Illī, ut hanc patriam nostram expūgnārent, ut hīs in regiōnibus imperārent, in Galliam liberam intrāvērunt. Proinde dēfendite patriam, libertātem, cōniugēs, liberōs!>

## 51.

1. Starodavniki so ležeč(i) obedovali. 2. Dva P. Kornelija Scipijona sta se imenovala Afričana zaradi ukročene Afrike. 3. Od vseh strani [v] nevarnosti (ablāt.) zamotan se je boril Hanibal z največjo (= najvišjo) hrabrostjo. 4. Ko bi bil Aleksander Veliki svojo togoto ukrotil, ne bi bil umoril svojega prijatelja. 5. [Po] starem zakonu je bilo prepovedano trupla mrtvecev v mestu sežigati ali pokopavati. 6. Pri Rimljanih se je imelo [za] srečen (= dober) pomen, kedar je zagrmelo z (= od) leve strani neba. 7. Vi ste ležali brezdelni, dočim smo bili mi zamotani [v] najsitniše (= najnadležniše) opravke. 8. Sovražniki so vzeli (= ugrabili) iz poslopij žito, požeto od ratarjev. 9. Zdravnik je odrezal bolni ud od telesa. 10. Kdor ne bode brzdal (fut. II.) svojih strastij, ne bo se izognil [temu], kar je [po] zakonih prepovedano. 11. Celo noč ni zazvenel noben zvok; zvezde so migljale ter hvalile [s] svojim leskom Boga.

## CIV.

1. Veterēs ante cēnam lavābantur et lautī cēnābant. 2. Cicerō multōs ēloquentiā suā adiūverat, sed in summō perīculō adiūtus est ā nullō. 3. Quamcumque mihi fortunam Deus dederit, patienter tolerābō. 4. Tarquinius Priscus urbem amplificāvit et novīs moenibus circumdedit. 5. Hannibal ingentem multitudinem captīvōrum, cum ā Rōmānīs nōn redimerentur, vēnumdederat. 6. Rēs pūblica Rōmāna lūxuriā et avāritiā principum pēssumdata est. 7. Epamīnōndās dīmīcāns semper in primīs stetit et omnibus fortitudīne praestitit. 8. Cum tuba sonuisset, gladiī micuērunt, arma crepuērunt atque omnibus in partibus militēs Rōmānī hostibus summā vī institērunt. 9. Nōn solum apud Graecōs, sed etiam apud Rōmānōs ēloquentia saepe antistetit

innocentiae. 10. Vidēbimus, quibus argūmentis adversāriō tuō instātūrus sis. 11. Annō ab urbe conditā CCLXIV Persās ab Athēniēnsibus pūgnā illā Marathōniā victōs esse memoriae prōditum est. 12. Vidēbimus, quid praestā'ūrus sis, si nēmo tē iūverit. 13. Adeō tē amāmus, ut omnibus in rēbus summā vī tē iuvātūrī (adiūtūrī) sīmus.

CV.

*Alexander domat Bucephalum.*

Cōnstat Alexandrum adulēscentulum audāciā cēterīs praestitisse. Nam cum Philippus pater equum pulcherrimum, cui nōmen erat Bucephalus, māgnō pretiō ēmisset neque rēgis ministrī eum domāre potuissent, Alexander: «Quid obstat», inquit, «mī pater, nē ego hunc equum domāre cōner?» Philippus veniam dedit. Statim Alexander equum cōnscendit brevīque domitum ad illum redūxit.

52.

1. Starodavniki niso pristopali k mizi prej, nego so [si] roke umili. 2. Po bitvi maratonski so dali Atenci Miltijadu 70 ladij, da bi [z] vojno ukrotil otoke, ki so bili Perzijane podpirali. 3. V prvi bojni vrsti so stali tisti vojaki, ki so druge [v] hrabrosti prekašali. 4. Večina Kartazanov bi bila rada podpirala Hanibala, toda Hanon (Hannō, ōnis) s svojimi [pristaši] je branil (= bil napóten). 5. Dognano je, da je Sokrat prekosil [v] modrosti vse modrijane starodavnosti. 6. Romul je ustanovil mesto Rim in ustanovljeno obdal [z] zidom. 7. [V] krátkem [času] bodete videli, [s] kako veliko silo [da] bodo pritiskali naši[nci] sovražnike. 8. Katilina je ugonobil rimsko mladino [z] vsakojakimi (quisque) hudodelstvi. 9. Veliko je bilo [v] punski vojni število zajetnikov, katere je Hanibal prodal, ker jih Rimljani niso odkupili. 9. L. 203. pred Kr. r. sta premagali dve rimski vojski Magona (Māgō, ōnis), [hotečega] pomagati bratu Hanibalu v tostranski Galiji. 10. Ko bi ne bil Efiyalt izdal (pass.) Grkov pri Termopilah, ne bili bi jih Perzijani premagali.

CVI.

*Dē Thēseō et Scīrōne.*

In Isthmō Corinthiō Scīrōn habitābat, homo ingentī corporis māgnitūdine. Is viālōribus, nisi pedēs ipsius lavārent, mortem minābatur. Hī, cum illī obsecūī pedēs lāverant, in mare praecipitābantur.

Tandem ā Thēseō domitus scelerum poenās dedit. Nam cum huic quoque pedēs porrēxisset, ut eōs lavāret, ille: «Nōn pedēs tantum», inquit, «sed tōtum corpus tuum iam lavābitur.» Ac statim latrōnem ēnecuit et in mare praecipitāvit.

53.

Primerna sodba.

*Ko je bil nekoč slišal Stratonik (Stratonīcus, i), slaven citraš in pesnik atenski, citraša, je dejal: «Jedno (alter) mu je Jupiter dql, drugo odrekel.» Vprašan pa, kaj [da] je (bil) Jupiter onemu dal, kaj odrekel, je odgovoril: «Slabo zveneti mu je dano, dobro brenkati (= peti) odrečeno.»*

Druga konjugacija.

CVII.

1. Deus bonis omnibus mundum explēvit, malī nihil admīscuit.
2. Sēmen tōstum papāveris candidī in secundā mēnsā cum melle apud antiquōs dabātur.
3. Imperātōrēs Rōmānī salūberrimās lēgēs abolēvērunt.
4. Maecēnās, Augustī amīcus, poētīs et artificibus favēbat; itaque etiam nōs poētārum et artificum fautōrem Maecēnātem vocāmus.
5. Trēs Deciōs: patrem, filium, nepōtem prō patriā mortī sē vōvisse trādunt.
6. Quīntō quōque annō tōta Sicilia cēnsa est.
7. Nihil prōderunt praecepta, nisi prius amōveris ea, quae praeceptīs obstant.
8. Diū hoc malum fōvistī; sī cāvissēs, fortāsse illud remōvissēs.
9. Pisistratum Athēnīs eloquentiā flōruisse Cicerō memoriae prōdidit.
10. In vitā hūmānā dolōrēs et gaudia mīxta sunt.

CVIII.

*Rānae rēgem pōstulantēs.*

Rānae aliquandō māgnō clamōre Iovem orāvērunt, ut sibi (*jim*) rēgem daret. Eārum precibus audītīs Iūppiter trabem in palūdem, ubi illae domicilia habēbant, dē caelō praecipitāvit. Ingentī sonitū adeō perterritae sunt, ut timōre retentae diū sub aquā latērent. Tandem ūna apparuit et, cum rēgis nātūram explorāvisset, cēterās ēvocāvit. Mox in trabe sedēbant et nihil nocentem lūdificābantur. Postea ā Iove alium rēgem pōstulāvērunt, quī vitā nōn careret. Tum ille irātus: «Iam habēbitis», inquit, «rēgem, quem merētis.»

Rānārūm rēgnum ā Iove mandātum est cicōniae, quae statim multās eārūm dēvorāvit. Damnō doctae cēterae Iovem ōrāvērunt, ut ab illō rēge sē (*jih*) līberāret. Is autem: «Quia mītem rēgem», inquit, repudiāvistis, tolerāre dēbētis sevērūm.»

## CIX.

*Dē Philippō, rēge Macedonum.*

Philippus, rēx Macedonum, cum monērētur ā quibusdam, ut Pŷthiam quendam cavēret, fortem mīlitem, sed rēgī aliēnātum, quod trēs filiōs aegrē aleret neque ā rēge adiuvārētur, dīxisse fertur: «Quid? sī partem corporis habērem aegram, abscinderem potius quam cūrārem?» Deinde Pŷthiam ad sē vocārī iūssit et pecūniā dōnāvit audītā domesticā eius miserīā. Postea nūllum mīlitem rēx habuit fidēliōrem quam Pŷthiam.

## 54.

1. *Pesniki pripovedujejo, da niti bogovi niso bili brez (carēre) vojn in bitek.* 2. *Varujemo se in vedno smo se varovali tovaršije (plūr.) hudobnežev.* 3. *Sicilija je ležala takorekoč [kot] plačilo zmage med Rimljani in Kartažani.* 4. *Ciceron pravi, da so cvetele hiše starih Rimljanov [v] časti in kreposti (ablāt.).* 5. *Znano je, da so gojili že prvi ljudje kmetijstvo.* 6. *Poučeni [po] nesreči se varujejo ljudje nevarnosti.* 7. *Zdravniki naj ne zdravijo le napak, [ki] se prikazujejo, ampak tudi [one], ki so skrite.* 8. *Vojaki so vardevali svoje rane; zato so kmalu odpravili (pass.) bolečine.* 9. *Ker ste se vedno varovali preprirov, smo vam naklonjeni in smo vam bili vedno naklonjeni.* 10. *Vojaki so meso pražili in praženo jedli brez soli in kruha.* 11. *Državne (= države) zakone, [katere] so bili rimski cesarji zatrli, so oplakovali najboljši možje.* 12. *Več rimskih vojskovodij se je zaobljubilo za domovino podzemeljskim bogovom.*

## CX.

1. *Saepe frīxērunt mīlitēs Rōmānī in hībernīs.* 2. *Nōn semper grātam sē praebet fēlēs, quam mulsistī.* 3. *Arma ā mīlitibus bene tērsa fulgēbunt.* 4. *Ventus omnēs nūbēs ā caelō dētērserat; clārus sōl lūxit et fūlsit.* 5. *Multi parentēs liberīs suis nimis indulsērunt itaque eōrum vitia auxērunt.* 6. *Anaxagoram philosophum numquam in vitā rīsisse dīcunt.* 7. *Diogenēs philosophus, sub cūius palliō sor-*

didō māgna sapientia latēbat, ā multīs dērīsus est. 8. Carthāgō, annō ante Chr. n. CXLVI ā Scīpiōne expūgnāta atque incēnsa, XVII diēs ārsit. 9. Carthāginiēnsēs Rēgulum crūdēlissimē torsērunt tortumque necāvērunt, quod Rōmānīs suāserat, nē captīvōs redimerent. 10. Numquam ā praeceptōre dissuāsūm est, quod pater iūsserat. 11. Caesar Gallōs vehementissimē ūrsit; multī contortīs manibus in castra Rōmānōrum ductī sunt. 12. Stultus homo philosophum sē esse simulāns saepe audiet vetus illud prōverbium: «Sī tacuissēs, philosophus mānsissēs.»

## CXI.

*Dē Phōciōne.*

Phōciōn Athēniēnsis numquam cōram aliīs aut rīsisse aut flēvisse dīcitur. Multum ēius cōnsilium apud Athēniēnsēs valēbat. Itaque cum Alexander, rēx Macedonum, nāvēs aliquandō ab Athēniēnsibus pōstulāret, ille ā populō iūssus est suam dē hāc rē sententiam dīcere. Tum Phōciōn: «Ego», inquit, «et suāsī vōbīs anteā et suādēō etiam nunc, ut aut ipsī potentiam obtineātis aut in amīcitiā maneātis potentium.»

## 55.

1. *Leta, katerega se je narodil kralj Mitridat (Mithridātēs, is), se je svetila [zvezda] repatica 70 dni.* 2. *Napravljajoč [se na] vojno je Cezar pomnožil število vojakov.* 3. *Stari pisatelji pripovedujejo, da je pesnik Orfej (Orpheus, ī) tažil [s] svojimi pesnimi zveri in premikal drevesa.* 4. *Zmaga, priborjena pri Zami (Zama, ae) l. 202. p. Kr. r., je zbrisala sramoto bitve pri Kanah.* 5. *Cezar piše, da je bil deseti legiji zaradi [njene] hrabrosti posebno naklonjen (= je ustrezal).* 6. *Sužnje, ki so se bili zarotili zoper državo, so liktorji deli na tezalnico.* 7. *Katon je svetoval, da naj se Kartagina razdene (imperf.), odsvetoval [pa] je Scipijon Nazika (Scīpiō Nāsīca, ae).* 8. *Brali smo, da je spčemu Serviju Tuliju glava gorela.* 9. *Telesa Galcev so bila [od] solnca opaljena (= pražena), lasje na temenu (= vrhu) zviti.* 10. *Manlij Torkvat (Mānlius (ī) Torquātus, ī) je dal (= velel) svojega sina usmrtiti, ker se je bil zoper povelje bojeval s sovražnikom.* 11. *Alcibijad je zasmehoval (pass.) Sokrata, igrajočega se s svojimi sinovi.* 12. *Nekateri stari modrijani so trdili, da bodo naše duše na veke (= vedno) trajale, drugi so to zanikavali.*

## O grških modrijanih.

*Anaksagora se ni nikdar vpričo drugih smejal, Heraklit (Hēracles, ī) pak je vse oplakoval. Aristip pa se baje nikdar ni ne (aut) smejal, ne (aut) jokal.*

## CXII.

1. In nostrīs regiōnibus serpentēs, sī momordērunt, plērumque nōn nocent. 2. Nōn semper, quae cōsulēs hostibus spoponderant, populus Rōmānus cōnfirmāvit. 3. Modestē interrogantī libenter respondēmus et semper respondimus. 4. Dionysiō tyrannō filiae barbam et capillum totondisse dīcuntur. 5. Ex ūnius Sullae arbitriō vīta multōrum milium pependit. 6. Cum diū sēdimus, iuvat (nōs) ambulāre. 7. Saguntum ab Hannibale obsēssum Rōmānī obsidiōne liberāre studērunt. 8. Saepe vīdimus et cotīdiē vidēmus, quam rārō dīvitiae iniūriā possēssae hominī prōsint. 9. Augustī temporibus hominēs lūxuriōsī lūsciniās prandērunt. 10. Themistoclī in memoriā haesisse, quaecumque et audīverat et vīderat, scrīptōrēs narrant.

## CXIII.

*Cūr Lacedaemoniī capillum prōmiserint, Argivī totonderint.*

Thyreā urbe ā Lacedaemoniīs expūgnātā Argivī capillum totondērunt et spopondērunt se eum nōn prōmissūrōs esse, priusquam Thyream reciperāvissent. Lacedaemoniī vērō, quī capillum ūsque ad id tempus totonderant, spopondērunt sē eum nōn tōnsūrōs esse, quamdiū Thyrea in potestāte suā esset.

## CXIV.

*Canis fidēlis.*

Pyrrhus rēx in itinere canem vīdit, quī corpori hominis necātī adsidēbat. «Is», inquit mīles quīdam, «iam trēs diēs sine cibō adsidet. Quamquam ā nōbīs permulsus et minīs territus est, tamen ā corpore āmovērī nōn potuit.» Pyrrhus hominem iussit humārī, canem autem diligenter cūrārī. Post paucōs diēs mīlitēs recēnsuit. Aderat canis, quiētus et tacitus. Simulatque autem vīdit dominī suī percussōrem, eum allatrāvit et tam ācriter ūrsit, ut sūspiciō movērētur viātōrem ab hōc necātum esse. Exāminātus igitur mīles scelus cōfessus est et poenās iūstās dedit.

## 57.

1. Zatoženci [si] dolgo niso (o)strigli (pass.) brade. 2. Od življenja jedinega Cicerona je bila zavisna blaginja države. 3. Kralj Egipet je bil zaročil svojih 50 sinov [s] 50 hčerami (dat.) Danaja, brata svojega; toda [v] jedni noči so usmrtili vse zaročenke (= zaročene) razun jedne svoje zaročence (= zaročene). 4. Cezar je odgovoril poslancem german-skim, da ne more imeti nobenega prijateljstva z njimi, ako ostanejo (cōni. imperf.) v Galiji. 5. Sovražniki so bili mesto obsedli; grad sam so imeli v zavetju (= so držali [pass.] obseden), vi pa ste brezdelni sedeli pri vinu in igri. 6. Ciceron pravi, da za konzulovanja G. Kaninija ni nikdo kosil in da je bila njegova budnost tolika, da [kot] konzul ni videl spanja. 7. To, kar imaš sedaj ti v posesti, so imeli pred teboj drugi (v posesti). 8. Tolika je moč poštenosti, da jo spoštujemo celo pri (in) onih, katerih nismo nikoli videli. 9. Poroča se, da so se mnogi vojskovodje rimski zaobljubili za domovino podzemeljskim bogovom. 10. Nehvaležni ljudje so podobni kači, katera je ugriznila kmeta, ki jo je bil [v] nedriju grel.

## 58.

## O Alcibijadu.

Alcibijad je v borbi ugriznil svojega nasprotnika v roko (= ugriznil roko svojega nasprotnika). Ko je bil ta rekel: «Grizeš kakor ženske,» deje oni: «Nikakor ne (nēquāquam), ampak kakor levi.»

## Tretja konjugacija.

## CXV.

1. Dārēus, ūltimus rēx Persārum, Alexandrī adulēscēntiam dēspexit. 2. Caesar hostem ex palūdibus silvisque ēlicuit et cum eō cōnflīxit. 3. Militēs cocta cibāria et frīctum cicer sēcum dūxērunt. 4. Vitia dīscipulōrum ā praeceptōre corrēcta sunt. 5. Babylōn altīs mūrīs cīncta erat. 6. Mulierēs adflīctae pectora sua plānxērunt. 7. Militēs gladiōs strīnxērunt et strīctōs sanguine hostium tīnxērunt. 8. Ita vīxī, ut mē nōn frūstrā nātum exīstimem. 9. Achillēs Hectoris corpus hastā trānsfīxit et circum urbem Trōiam trāxit. 10. Illud tempus, quod efflūxit, ā nullō reducētur. 11. Nōn semper genua flexa pietātem indicant. 12. Indōs capillum pexisse saepius quam totondisse trādītum est.



## CXVI.

*Dē Cleobī et Bitōne.*

Cleobis et Bitōn, Argīvae sacerdotis filiī, ob pietātem ergā mātrem praedicantur. Cum enim illam ad sollemne sacrificium currū vehī oportēret ad templum, quod satis [longē] ab Argīs oppidō aberat, morārenturque iūmenta, tum filiī veste positā et corporibus oleō perūctis ad iugum accēssērunt. Ita sacerdōs advecta est in templum currū ductō ā filiīs. Cum eō vēnisset, precāta est ā deā, ut illis praemium daret prō pietāte, quod esset optimum hominī. Adulēscentēs deinde cum mātrem epulātī cubitum iērunt: māne inventī sunt mortuī.

## CXVII.

*Dē Apelle.*

Apellēs, celeberrimus antīquitātis pīctor, quondam Alexandrum in equō sedentem pīnserat. Cum autem rēgī imāgō, praecipuē equī, nōn ita placēret, ut artifex spērāverat, equus Alexandrī adductus est. Hic cum pīctum equum cōspexisset, eī adhinnīvit, quasi vērū equus esset. Tum Apellēs, «Equus», inquit, «tuus, ō rēx, artis pingendī perītior esse vidētur quam tū.» Nēmo autem ab Apelle saepius pīctus est quam Alexander.

## 59.

1. Mesto Ekbatana je bilo [s] sedmernim zidom opasano. 2. Epikur je združil nasladnost s krepostjo. 3. Roke Sule in Marija so bile namočene [s] krevjo sodržavljanov. 4. [V] dobi Aleksandra Vélikega je naslikal Apél mnogo prekrasnih podob. 5. Ko so se bile legije združile, so se udarile [z] golimi (= potegnjenimi) meči s sovražnikom. 6. Nekateri ljudje tako živijo, kakor da (quasi) bi mislili, da bodo vedno živelj. 7. Kuhane jedi nam zdravniki bolj priporočajo (pass.) nego pražene. 8. Rimljani so potopili kartaginsko ladjevje. 9. Grški prvaki so prebodli Hektorjevo telo [s] sulicami. 10. [V] prvi punski vojni so napravili (= zgradili) Rimljani prvo ladjevje. 11. [Ko] je bil Cezar odvedel svoje vojstvo iz tabora, je postavil trojni bojni red. 12. Pesniki nam pripovedujejo ne le resnične (= storjene, gerere), ampak tudi izmišljene reči.

## CXVIII.

1. Apēs puerum imprudentem, quī apiārium tetigerat, pupugērunt. 2. Poētae antīquī nārrant Achillem nēminī pepercisse. 3. Alexander

extrēmōs Asiae finēs tetigit. 4. Omnia, quaecumque agimus, subiecta sunt mille cāsibus. 5. Magistrī dīscipulōs cōgant ēlēcta ex lēctīs ēdiscere! 6. Dēlēgimus, quōs māximē dīlēximus. 7. Caesar cum intellēxisset sē hostibus nocēre nōn posse, clāssē expectāvit. 8. Themistoclēs iuvenis rem familiārem suam neglēxisse dīcitur. 9. Hannibal cōāctus tantum Ītaliā reliquit. 10. Pyrrhus, rēx Ēpīrī, cum Argos oppidum oppūgnāret in Peloponnēsō, lapide ictus est. 11. Aemilius Paullus annō ante Chr. n. CLXVIII Persēn, rēgem Macedonum, dēvīcit atque tantum pecūniae in aerārium invexit, ut ūnūs imperātōris praeda finem fēcerit tribūtōrum.

## CXIX.

*Dē Vēdiū Pōlliōnis crūdēlitāte.*

Augustō aliquandō apud Vēdiū Pōlliōnem cēnante frēgerat ūnus ex servīs vās pretiōsum. Rapī eum ad mortem Vēdius iūssit et obicī murēnīs, quās in piscīnā alēbat. Puer ē manibus effūgit et ad Caesaris pedēs sē prōiēcit nihilque aliud petīvit, quam ut aliter perīret, nē ēsca piscium fieret. Mōtus est novitāte crūdēlitātis Caesar et illum quidem mītti, vāsa autem omnia cōram sē frangi iūssit complērique piscīnam.

## CXX.

*Dē Promētheō.*

Promētheus prīmus hominēs ex lutō finxisse iisque ignem clam ē caelō attulisse fertur. Id cum contrā Iovis voluntātem fēcisset, hūius iūssū ā Volcānō clāvīs ferreīs ad Caucasum montem fīxus et ab aquilā cūstōditus est, quae eī cor cotīdiē exederet. Nam cor interdiū exēsū nocte crēscēbat. Post multōs annōs Promētheus, cum ferōcem in deōs animum abiēcisset, ab Hercule, cui Iuppiter hoc permīserat, liberātus est.

## 60.

1. Kar si storil, storil si svojevoljno, in nihče te ni silil. 2. Znano je, da [si] je Aleksander podvrgel vso Azijo. 3. Ko ne bi se bili neprevidni dečki dotaknili bučelnjaka, ne bile bi jih opikale (pass.) buče. 4. Naši vojaki so mnogo sovražnikov pobili in niso nikomur prizanesli; smrti so ušli le tisti, ki so bili prej mesto zapustili. 5. Vojno s kraljem Farnacem (Pharnacēs, is) je zvršil Cezar tako hitro, da je [k] starejšinstvu pisal (imperf.): «Prišel, videl, zmagal sem.» 6. Stari

pisateljji pripovedujejo, da je Katon Mlajši čital pred [svojo] smrtjo Platonovo knjigo o nesmrtnosti duše. 7. Vprašalo se bode, ne kako dolgo, ampak kako dobro [da] smo živeli (= življenje prebili). 8. Slišali smo, da so bili nekateri ljudje na Kapitoliju od strele zadeti. 9. Ko so bili prišli prvaki britanski v Cezarjev tabor, so izprevideli, da Rimljanom nedostaja ladij in žita. 10. Trazibul je zbral izgnance in [z njimi] popolnem premagal 30 samosilnikov, katere je bil Lizander postavil Atencem na čelo. 11. Sramotno je pomoč odreči tistemu, ki je zavoljo naše blaginje v nemar pustil svojo nevarnost.

CXXI.

*Antisthenēs et Diogenēs.*

Antisthenēs dīscipulōs hortābātur ad studium sapientiae, sed frūstrā. Dēnique indignātus dīmīsīt ā sē omnēs, in quibus erat Diogenēs. Huic, cum ad eum tamen venīret eīque pertināciter adhaereret, minātus est Antisthenēs sē percussūrum esse illius caput baculō. Quod eum minīs nōn dēterrūit, percussit aliquandō. Nōn recēssit tamen Diogenēs, sed: «Percute», inquit, «sī ita placet; ego tibi caput praebeō, neque tamen tam dūrum fūstem inveniēs, quō mē ā tuīs disputātiōnibus abigās!» Admīsīt dēnique tam cupidum doctrīnae dīscipulum Antisthenēs et māximē amāvīt.

CXXII.

1. Templum Iānī tempore pācis clausum erat; ter tantum Rōmānī id clausērunt. 2. Helvētīōs ōlim lacus Lemannus et Rhodanus flūmen ā prōvinciā Rōmānā, Rhēnus flūmen ā Germānīs dīvīsīt. 3. Dēmostenēs partem capitis rāsīt et domī suae sē abstrūsīt. 4. Lēgēs ā Catilīnā nōn solum laesae, sed etiā elūsae sunt. 5. Xerxēs Graeciam invāsūrus pontem fēcīt in Hellēspontō. 6. Virīs clārīs et dē rē publicā bene meritīs theātrum ingredientibus ab ūniversō populō plausum est. 7. Multī Athēniēnsium prīncipēs invidiae cīvium suōrum cēssērunt. 8. Primā lūce hostium exercitus ad castra Rōmānōrum accēssit prōeliumque commīsīt. 9. Cratēs, cum puerum indoctum vīdisset, paedagōgum eīus percussit.

CXXIII.

*Dē Patroclī exsequiīs.*

Cum Patroclus in proeliō cecidisset, Achillēs in māximū lūctum incidit et Hectorem brevī (tempore) ā sē occīsum irī sponndit. Cum eum occīdisset, militēs suōs ligna caedere rogumque māteriā caesā

exstruere iūssit. Priusquam is incenderetur, Achillēs crīnēs suōs abscidit et XII captīvōs Trōiānōs occīdit; hōs cum Patroclō cremāvit. Rogus ūnum diem ūnamque noctem ārdēbat. Cum concidisset, flammāe vīnō exstinctae sunt.

CXXIV.

1. Māgna vectīgālia populī superātī Rōmānīs pependērunt. 2. Saepe dormientī tibi latera tududī; sed tū dormīre nōn dēstitistī. 3. Omnium aurēs longitūdine hūius ōrātiōnis obtūsae erant. 4. Militēs līgna fidērunt et fissa in īgnem coniecērunt. 5. Māgnus gubernātor etiam scīssō vēlō nāvīgat. 6. Tempore secundī bellī Pūnici Rōmānī prīmum aureōs nummōs prōcūdērunt. 7. Carthāginem ā Rōmānīs incēnsam et ēversam esse cōnstat. 8. Persae ā Miltiade apud Marathōna fūsi fugātique sunt. 9. Sōcratēs immundā aquā perfūsus ab uxōre rīsīt. 10. Caesar XXIII vulneribus cōnfōssus est. 11. Frūmentum dēmessum agricolae in horrea congerunt.

CXXV.

*Nārrātiunculae.*

1. Captīs Syrācūsīs, quās Archimēdēs māchinīs suīs diū dēfenderat, Mārcellus, imperātor Rōmānus, edīxit, nē quis Archimēdem laederet. At is, dum oculīs in terrā dēfīxīs fōrmās in pulvere dēscribit, militī Rōmānō, quī in domum invāserat strīctōque gladiō, quis esset, interrogābat, nihil nisi hoc respondit: «Nōlī turbāre circulos meōs!» Ā milite igitur ignārō, quis esset, occīsus est.

2. Superstitiōsī cūiusdam hominis caligae ā mūrībus arrōsae erant. Hōc ōstentō turbātus cōnsuluit Catōnem, quid malī illud portenderet. Ille vērō: «Nōn est», inquit, «ōstentum, quod mūrēs arrōsērunt caligās; at vērō sī caligae arrōsissent mūrēs, id fuisset ōstentum.»

61.

1. [V] najstarejših časih je bila Italija razdeljena na tri dele. 2. Agezilaij, kralj lacedemonski, se je baje pogosto igral s svojimi otroki, katere je zelo ljubil. 3. Ako te kak nespametnik razžali (fut. II.), ne hoti se nad njim jeziti! 4. Po Numovem kraljevanju (= kraljestvu) je bilo Janovo svetišče le dvakrat zaprto. 5. Ko je bil govornik končal svoj govor, so vsi ploskali njegovemu mnenju. 6. Hamilkar, ki je bil pogosto napal sovražnika, ni se mu nikoli umaknil, ampak je vselej odšel [kot] zmagalet [iz boja]. 7. Padel je stari gozd, katerega ni

bil nihče [z] železom sekal. 8. Moč mnogih držav je poginila, ker so bili njih prvaki pomorili najboljše državljane. 9. Lok, katerega si preveč napel, poči. 10. Znano je, da je Kserks [z] nogo ob tla udaril (= zemljo butnil), ko je videl Perzijane premagane. 11. Germani niso rimskemu narodu nikoli plačevali davkov; nekateri rimski cesarji pak so plačevali (perf. pass.) Germanom davke (tribūtum, i). 12. Goveda, ovce [in] svinje imajo preklane parklje. 13. [Ko] so bili Grki Trojo zažgali in razdejali (= prevrnili), so se vrnili v Grčijo. 14. V najstarejših časih ljudje niso jedli kuhanih jedij, ampak želod (plūr.). 15. Helvečani so iskali v Galiji novih bivališč, toda Cezar jih je razkropil in v [njih] domovino odgnal. 16. Da ne bi prišel Rimljanom (genet.) v pest (= roke), je stopil Hanibal [na] ladjo ter pobegnul v Azijo.

CXXVI.

1. Virginēs flōrēs undique carpserant et corōnīs caput cīnxerant. 2. Hannibal māgnū exercitū onustōsque elephantōs trāns Alpēs dūxit, ubi antea vix homo inermis rēpserat. 3. Duo anguēs arrēpsērunt et Lāocoontem discerpsērunt. 4. Phīdiās, clārissimū artifex Graecōrum, multās statuās marmoreās sculpsit. 5. In sepulcrō docti cūiusdam viri haec verba īnsculpta sunt: «Sīdera terrae admōvit.» 6. Danaī filiās nūpsisse filiīs Aegypti memoriae prōditum est. 7. Catilīnae cōniūrātiō per multās Itāliae urbēs serpserat. 8. Scīptōrēs Dionysium tyrannū auream Aesculāpiī barbā dēmpsisse narrant. 9. Māter litterās prōmpsit, quās scripserās. 10. Histriōnēs cōmptōs et ūctōs crīnēs tinctōsque vultūs habent. 11. Catilīna eiusque socii patrimonīa effūdērunt atque cōsumpsērunt. 12. Crassus servōs oppressit, quī Spartacū elēgerant ducem et quattuor exercitūs Rōmānōs vīcerant. 13. Post Sullae mortem omnēs eius adversārii prōscripti sunt.

CXXVII.

*Dē M. Porciō Catōne.*

M. Porcius Catō, cum in senātū dē bello adversus Carthāginiēnsēs agerētur, praecocem ficū ostendēs patribus: «Interrogō vōs», inquit, «quandō hanc ficū dēmpsam esse putētis ex arbore.» Cum omnēs recentem esse dīcerent: «Atquī tertium», inquit Catō, «ante diem scītōte dēcerptam esse Carthāgine; tam prope ā mūrīs habēmus hostem.» Mōvit ea rēs patrum animōs, et bellum Carthāginiēnsibus indictum est.

CXXVIII.

*Dē Hercule.*

Prīma pars.

Multās fābulās dē Hercule, filiō Iovis et Alcmēnae, veterēs scrīptōrēs scrīpsērunt. Cum infāns esset, arrēpsērunt ad eum duae serpentēs, quās Iūnō mīserat, ut Herculem dēvorārent. Ille autem neque perterritus est neque cēssit, sed serpentēs illās, cum ad eum accēssissent, duābus manibus comprehendit et necāvit. Cum iuvenis esset, leōnem, quī dē monte dēscenderat et agrōs vāstāverat, sagittīs percussit et interfēcit. Pellem leōnis dētrāxit dētrāctamque induit. Dolō Iūnōnis ā rēgnō exclūsus et Eurystheus rēx Mycēnārum factus est. Herculēs autem ab ōrāculō Delphicō iūssus est Eurystheō servīre et in hāc servitūte duodecim labōrēs perficere.

62.

1. *Cvetlica, ako je [človek] ne utrga (fut. II. pass.), odpade [= bo padla] sama.* 2. *Bila je govorica, da so Romula raztrgale (pass.) roke starejšin.* 3. *Atikova sestra je bila omožena z bratom govornika Cicerona.* 4. *Male mušice so zlezle pod skorjo starega drevesa.* 5. *Mnoge knjige, ki so jih spisali (pass.) starodavniki, niso ostale [ohranjene].* 6. *Na grobnem spomeniku (= grobu) nekega kralja je bila vdolbena ta hvala: «Pošteno je živel, nepoštenjake ugnal (= vklenil), sovražnike zmagal.»* 7. *Sparčani so [si] lišpali (perf.) lase in šli (= bili peljani, perf.) [z] lišpanimi lasmi v boj.* 8. *Vedi, da si mi odvzel [s] to vestjo vso bolest.* 9. *Posegli smo [po] denar in ga (= poseženega) dali revežu, ki ga je vzel [s] hvaležnim srcem.* 10. *Znano je, da so najslavnejši možje starodavnosti porabljali nekaj časa za (in c. accūs.) poljedelstvo.* 11. *Mala iskra, [ki] se je prezrla, je vzbudila pogosto velik plamen.* 12. *Temistoklej je pred bitvijo pri Salamini poslal po noči sužnja h kralju perzijanskemu, ki naj bi sporočil (imperf. cōni.), da bo kralj vse (= vesoljne) Grke užugal, ako jih takoj napade (imperf. cōni.).* 13. *Taisti Temistoklej je svojevoljno pil (= vzel) strup, ko ni mogel zvršiti tega, kar je bil kralju perzijanskemu obljubil.*

CXXIX.

1. *Caesar multōs hostium cēpit et captōs in ūnum locum coēgit.* 2. *Sōcratēs, quamquam poterat, vincula carceris nōn rūpit.* 3. *Sabīnī filiam Spuriī Tarpēi, quī arcī Rōmānae praeerat, aurō corrūpērunt, ut armātōs in arcem acciperet.* 4. *Magis dēlectātur agricola iīs cibīs,*

quōs ex suā cellā prōmpsit, quam iīs, quōs ēmit. 5. Iūppiter ingentēs dolōrēs dat adimitque. 6. Caesaris adventus proelium dirēmit. 7. Amūlium rēgem ā Rōmulō interemptum esse scrīptōrēs narrant. 8. Paris Helenam rapuit, Menelāus raptam redūxit. 9. Libenter nunc multi dīscendī occāsionem arriperent, nisi iam prīdem iīs ērepta esset. 10. Etiam ferōcissimō mīlitī, cum sīgnum pūgnae datum esset, paulum genua tremuērunt. 11. Caesar cupīverat prīnceps nōn solum urbis Rōmae, sed orbis terrārum esse. 12. Dārēus in fugā cum aquam turbidam bibisset, negāvit umquam sē bibisse iūcundius; numquam enim sitiēns biberat. 13. Cum Vēī expūgnāī essent, tōta urbs clāmōribus pūgnantium strepuit; fremuērunt virī, mulierēs gemuērunt. 14. Nēmo mortālium omnibus hōrīs sapit.

## CXXX.

*Dē Hercule.*

## Altera pars.

Prīmum ab Eurystheō mīssus est, ut leōnem Nemaenum interficeret. Herculēs perīculum fortī animō contempsit. Cum leōnem vīdisset, surrēxit sagittisque eum obruit. Cum ita leō nōn exstinctus esset, clavā caput eius percussit. Tandem, cum leō in antrum fūgisset, collum eius comprehendit et ita compressit, ut eum exstingeret. Pellem leōnis dētrāctam ad Eurystheum portāvit. — Interemptō leōne illō hydram Lernaean caedere ab Eurystheō iūssus est. Habēbat illa novem capita. Tanta vīs venēni hydrae erat, ut adflātū eius hominēs necārentur. Illa Hercule cōspectō surrēxit, ut perīculum imminēns vitāret. Herculēs eam petīvit; sed quotiēns Herculēs unum caput hydrae dēsecuerat, tria capita crēscēbant. Ita Herculēs ipse perīculum suum auxit. Hāc calamitāte paene oppressus est. Tamen postrēmō hydram superāvit. Cum Iolāus silvam vicīnam combūssisset, Herculēs igne prōlem capitum exstīnxit. Venēnō hydrae necātae sagittās tīnxit, ut omnia sagittārum vulnera essent mortifera.

## CXXXI.

*Dē Hercule.*

## Tertia pars.

Posteā cervam, quae Diānae sacra et aureīs cornibus praedita erat, cēpit eamque vivam ad rēgem perdūxit. — Deinde cōflīxit cum aprō Erymanthiō eumque captum in urbem Mycēnās portāvit. —

Tum iūssus est stabula Augiæ pūrgāre. Exstrūxerat Augiās stabulum, in quō tria mīlia boum per XXX annōs fuerant. Stabulum illud, quod per tot annōs numquam pūrgātum erat, Herculēs ūnō diē pūrgāvit. Perfōdit fundāmenta stabulī et per fundāmenta perfōssa immīsīt Alphēum et Pēnēum fluviōs, ut intus cōnfluerent et ab alterā parte dēfluentēs sordēs abdūcerent. — In Crētā insulā fuit taurus, quī flammās vomēbat et Crētēnsium agrōs atque oppida vāstābat. Iam multī, ut eum domārent, operam dederant, sed frūstrā. Tandem Herculēs ab Eurystheō mīssus eum supēravīt vinctumque Tīryntia perdūxit. Sed cum Neptūnus taurum necārī vetuisset, ab Eurystheō rūrsus dīmīssus est. Eundem taurum postea Iūnō in Atticam mīsīt, ut agrum Marathōnium vāstāret. Ibi eum Thēseus interfēcīt.

63.

1. Podjarmljeni narodi so pogosto strli spone sužnosti. 2. Znano je, da je Pizistrat odvezel Atencem slobodo. 3. Starejšinstvo rimsko ni odkupilo tistih, katere je bil Hanibal pri Kanah ujel. 4. Lakomnost in razkošnost sta pokvarili rimsko nraavnost (= nraavi). 5. Učili smo se, da so prejeli Atenci zakone od Solona. 6. Nekateri strupi se [s] pitjem mleka (= pitim mlekom) onemočijo (= pogasé). 7. Rimsko ljudstvo je mrmralo, da je njegova (suus) sloboda varniša o (= v) vojni in med sovražniki nego o (= v) miru in med sodržavljeni. 8. V bitki pri Deliju (Dēlium, ī) je iztrgal (pass.) Sokrata iz sovražnikovih rok [njegov] učenec Alcibijad, katerega je bil prej sam iz nevarnosti otel v [neki] drugi bitki. 9. Stari pisatelji trdijo, da se Egiptet ni nikdar tresel [vsled] zemeljskega potresa (= gibanja zemlje). 10. Ogenj so [v] starih časih bljuvale mnoge gore, ki ga zdaj ne bljujejo. 11. [Ko] je bil Hanibal nazaj poklican branit domovino, je želel vojno s Scipijonom dokončati. 12. Kdor ni imel sam (po sebi) pameti, je zastonj poslušal modre može. 13. [Ko] je bil Aleksander Vēliki usmrtil [svojega] prijatelja Klita (Clitus, ī), je ležal baje tri dni zaklenjen.

64.

O Troji.

Ko je bila Troja 200 let stala, so jo Grki razdejali (pass.) zaradi Parida, sina kralja Prijama. Ko namreč Trojanci niso hoteli izročiti niti Parida niti Helene, Menelajeve soproge, katero je bil oni unesel iz Sparte, so Grki obsedli [s] trdnim zidovjem opasano mesto



ter je po 10 letih, posluživši se zvijače, osvojili in zažgali. [Ko] je bila Troja vzeta, ušlo [jih] je le malo iz njenega ozidja. Velik del Trojancev je bil pal, ujetnike (= ujete) so odvedli (pass.) v sužnost. Prijama samega so posekali (pass.). Jediní Enej se je z majhnim številom tovarišev odtegnil (= iztrgal) sovražniku, stopil na ladje ter pobegnil v Italijo.

## CXXXII.

1. Gallī, cum mīlitēs Rōmānī ad arma concurrissent vehementerque pūgnātum esset, in oppidum repulsī sunt. 2. Themistoclēs clāssē Xerxis, quem dolō fefellerat, apud Salamīna dēlēvit. 3. Hannibal annō ante Chr. n. CCXVIII cum Scīpiōne apud Ticīnum flūmen cōnflixit eumque pepulit. 4. Trigintā tyrannī libertāte Athēniēnsium oppressā multōs cīvēs, quibus fortūna in bellō pepercerat, partim occīdērunt, partim ē patriā expulērunt. 5. Epamīnōndās fidibus praeclārē cecinisse dicitur. 6. Fūlmina saepe altās arborēs fidērunt et perculērunt. 7. Aristīdēs adeō excellēbat abstinentiā, ut ab omnibus Iustus appellārētur. 8. Memoriae prōditum est Lātōnam post multōs errōrēs Dēlum cōnfūgisse atque ibi Apollinem et Diānam peperisse. 9. Fabricius ad focum sedēns vescēbatur illīs rādīcibus et herbīs, quās ipse ēvellerat. 10. Hannibalem inter arma altum atque ēducātum esse cōstat. 11. Ōrāculum Apollinis saepe cōsultum est ā Spartānīs; Athēniēnsēs illud rārius cōsuluērunt. 12. Dionysius sublāta dē templīs simulācra vēndidit. 13. Graeci ōrantēs palmās ad caelum sūstulērunt. 14. Sōcratēs suprēmō vītae diē dē immortalitate animōrum disseruit. 15. Nōbilissimī Rōmānī ipsi agrum coluērunt, artibus minus excultī erant.

## CXXXIII.

*Lupus et āgnus.*

Lupus siti compulsus ad rīvum cucurrerat. Eōdem āgnus sitiēns vēnerat. Tum improbus latrō: «Dēsine bibere», inquit; «cūr mihi aquam turbāvisti?» Āgnus timōre percussus: «Quōmodo potuī?» inquit, «aqua enim ā tē ad mē dēcurrit.» Ille vērītate rei refūtātus: «Ante sex mēnsēs», inquit, «probrīs mē pupugisti.» «Tum», inquit āgnus, «māter mē nōndum pepererat.» «Hercle», inquit lupus, «pater tuus mihi maledixit.» Hīs dictīs āgnum discerpsit.

CXXXIV.

*Dē Hercule.*

Quārta pars.

Deinde avēs Stymphālīdēs sagittīs mortiferīs interfēcit. Vivēbant avēs illae occultae in stāgnō, quod dēnsā silvā cīnctum erat, nōn procul ab urbe Stymphālō. Rapācissimae erant; pennīs, quās iaculābantur, nōn solum bēstiās, sed etiam hominēs vulnerābant et interficiēbant. — Hīs rēbus gestīs Diomēdem, rēgem Thrācum, quī equīs suis ferōcissimīs hominēs prōicere solēbat, ut ab equīs dēvorārentur, superāvit, rēgem ipsum equīs prōiēcit, equōs ad Eurystheum rēgem abdūxit. — Paulō post Amāzonēs, quae equīs vehī, vēnātiōnēs exercēre, bella cum finitimīs populīs gerere solēbant, vīcit, Hippolytae, rēgīnae Amāzonum, cingulum dētrāxit dētrāctumque ad rēgem Eurystheum portāvit.

65.

1. *Leta 58. pr. Kr. r. iz domovine izgnanemu Ciceronu so pri-tekli v Greciji mnogi prijatelji naproti.* 2. *Lažnivi človek bi te ne bil prevaral, ko bi bil manj verjel.* 3. *Kar je Vergilij pel o poljedelstvu, utegne (= more) tudi našim kmetom koristiti.* 4. *Kdor [si] pridobi (fut. II.) bogastvo krivično (= slabo), je izgubi (fut. I.) na zel način (= slabo).* 5. *Pobivši 4000 sovražnikov so zapodili Rimljani ostale v mesto nazaj.* 6. *Vsi smo deležni pameti, [po] kateri se odlikujemo [od] živalij.* 7. *Bitka pri Levktri l. 371. pr. Kr. r. bita je zelo pretresla moč Lacedemoncev, ki so bili voditelji cele Grecije.* 8. *Znano je, da so Rimljani uničili (= odstranili) Kartagino in Korint.* 9. *Temistokleju ni nikoli (= kedaj) nobena reč iz srca iztrgala (= izruvala) ljubezni do domovine.* 10. *Otroci naj bodo hvaležni staršem, ki so jih vzredili in odgojili (pass.)!* 11. *Poroča se, da so Lacedemonci o važnejših rečeh vselej [za svet] vprašali proročišče Apolonovo ali Jupitrovo.* 12. *[Z] umetnostjo so ljudje [na dan] spravili (= izvabili) mnoge reči, ki so bile prej skrite.* 13. *Vojaki so prisegli, da ne zapuste (fut.) niti poveljnika niti vojstva.*

CXXXV.

1. Antīquī sagittās venēnō lēvērunt; etiam Herculis tēla venēnō illita erant. 2. Tacitus nārrat veterēs Germānōs vīnum ad sē importārī nōn sīvisse. 3. Athēniēnsēs Thēseī nōmen numquam dēsiērunt celebrāre. 4. Graecī ante pugnam Marathōniam multās arborēs cecīderant et caesās pāssim strāverant, ut Persārum equitātum dēfen-

derent. 5. Opēs Lacedaemoniōrum ab Epamīnōndā prōstrātās esse cōnstat. 6. Ūsū librī vestrī trītī sunt; numquam enim tempus ignāviā trīvistis. 7. Omne ōtiōsum tempus in studiīs sē contrīvisse G. Laelius dīxit. 8. Aliī arborum, quās tū sēvistī, frūctūs legent. 9. In quā statiōne positus eris, manē! 10. Lūxuria genuit avāritiam, ex avāritiā omnia mala genita sunt.

CXXXVI.

**R e k i.**

1. Ibi nōn metētur, ubi satum nōn erit. 2. Cōnserit ūnus agrum, sed frūgēs dēmetit alter. 3. Pietās ergā Deum omnibus hominibus īnsita est. 4. Iniūriam quī facere dēcrēvit, iam facit. 5. Hostem, quem sprēveris, valentiōrem neglegentiā faciēs. 6. Glōriam vānam quī sprēverit, vēram habēbit. 7. Nihil nātūra sine māgnīs causīs genuit. 8. Ante virtūtem diī sūdōrem posuērunt. 9. Dum vīrēs annīque sinunt, tolerāte labōrēs! 10. Quidquid agis, prūdenter agās et respice fīnem!

66.

1. Darovi sovražnikov, pravijo, da so [s] strupom namazani. 2. Agezilaj ni nikdar nehal svoje domovine podpirati. 3. [Na] svèt (auctor, ōris) Temistoklejev so sklenili Atenci iskati svoje rešitve [na] ladjah (ablāt.). 4. Ko bi bili Grki zavrgli svèt Temistoklejev, bil bi je Kserks premagal (pass.). 5. Mesta, ki so nekdam cvetela, so zdaj podrti in razdejana. 6. [V] zlati dobi je zemlja sama vse rodila; zdaj pa le to rodi, kar je bil človek (plūr.) sejal. 7. Že obrabljen je pregovor: navada je druga narava. 8. Nič ni slavnejše[ga] od maratonske bitve; zakaj nikdar ni tako majhna peščica porazila tolikih čet. 9. Priroda je vsadila človeku (plūr.) ljubezen [do] domovine. 10. Cezar je postavil pogostne straže ob (in) bregovih reke Rena. 11. Rimljani so rekli, da ne bodo nehali vojskovati se s Pirom, predno [ne] zapusti (cōni. plūsquamperf.) Italije.

CXXXVII.

*Senex et mors.*

Senex ligna in silvā caesa domum portābat. Itinere et onere fatigātus fascem dēposuit et paulum quiēscēbat. Senectūtis et inopiae mala sēcum cōnsīderāns mortem advocāvit, quae sē (ga) omnibus malīs liberāret. Senis precibus audītis mors statim vēnit eumque interrogāvit, quid vellet. Senex ad spectū eius territus respondit: «Nihil est, sed quaerō aliquem, quī fascem mihi impōnat.»

## Pripovedke.

1. Ko je bila neka Lakonka zvedela, da je njen (suus) sin pal v bitki: «Zato,» je dejala, «sem ga bila rodila, da bi bil [mož], ki bi se ne obotavljal (= dvomil) umreti za domovino.»

2. [Ko] se [mu] je sporočila smrt sinova, rekel je baje modrijan Anaksagora: «Vedel sem, da mi ga je mati rodila (pass.) smrtnega.»

3. Rimsko starejšinstvo je bilo nekoč poslalo (pass.) poslanca v Egipet h kralju Ptolemeju (Ptolemaeus, ī). Ko so bili ti zavrgli silne od kralja jim (sibi) poslane darove, so bili malo dni pozneje (= po malo dneh) povabljeni na (ad) obed [in] ondi obdarovani [z] zlatimi venci. Te so oni zavoljo [dobrega] pomena vsprejeli in naslednjega dne položili na králjeve kipe (= naložili králjevim kipom).

## CXXXVIII.

1. Gallī saepe surrēxērunt et bellum contrā Caesarem gessērunt. 2. Quis ignōrat inimicōs saepe in innocentissimōs virōs crīmina et contumēliās congressisse? 3. Prōtagorās Abdērītēs ab Athēniēnsibus expulsus est ēiusque librī combūstī sunt. 4. Vīsimus montem Vesuvium, quī, ut cōnstat, ignem vomit. 5. Māgnō labōre servī Rōmānī frūmentum in āreā trītum moluērunt atque pīnsuērunt. 6. Pēnelopē, fida uxor Ulixis, interdiū pulcherrimam vestem texuit textamque noctū retextuit, ut procōs molestōs falleret. 7. Rōmānī Camillum, quem iniūriā ante laccessīverant, arcessīverunt, ut imperium capesseret. 8. Phoenicēs iam antiquissimīs temporibus mercātūrā facesīvisse nōtum est. 9. Lūsitanī Viriāthum, ducem suum, incessīverunt et percussērunt. 10. Saepe poētae, quī carminibus fāmam nōmenque sibi adquisīverant, famē infāmēs esse coāctī sunt.

## CXXXIX.

*Dē Hercule.*

## Quīnta pars.

Omnibus hīs rēbus prōsperē gestīs iūssus est ab Eurystheō māla aurea Hesperidum dēcerpere et bovēs Gērjōnis in urbem Mycēnās abdūcere. Ignārus, quō locō māla illa essent, Herculēs tōtum annum per omnem ferē orbem terrārum ea quaesīvit et multa mala tolerāvit. Erant autem pōma illa in hortīs Hesperidum, Atlantis filiārum. Hae in hortīs suīs, quōs ingēns dracō cūstōdiēbat, omnium

floꝝum sēmina sēverant; itaque terra pulcherrimīs floꝝribus ōrnāta erat. Herculēs Eurystheī mandātum facessēns dracōnem illum incessīvit eōque interfectō in hortum intrāvit, māla aurea dēcerpsit. Tum viam in Erythīam īnsulam capessīvisse dicitur rubrās Gērȳonis bovēs sēcum abductūrus. Exstrūctīs in Eurōpae et Āfricae fīnibus columnīs duābus, quae Herculis columnae nōminābantur, in īnsulam pervēnit, pāstōrem et canem, quī bovēs illās cūstōdiēbat, cēpit, Gērȳonem ipsum ūnō telō interfēcit, bovēs abdūxit.

## 68.

1. Kdo ne ve, koliko vojn [da] so vojevali Rimljani z drugimi narodi. 2. Minerva je sežgala ladjevje Argivcev in Argivce same potopila. 3. Lacedemonci, [ki] so bili od Atencev na (in c. accūs.) pomoč poklicani zoper Perzijane, se sicer niso udeležili slavne bitve pri Maratonu, a vendar so pozneje obiskali Maratonsko polje. 4. Znano je, da je starejšinstvo prizvalo (pass.) mnoge imenitne Rimljane od pluga k najvišjim častem. 5. Prav sramotno so zarotniki napali Cezarja in neoboroženega usmrtili. 6. Razdražen [po] krivici Rimljanov je začel Hanibal vojno. 7. Pesniki pripovedujejo, da je iskala (pass.) Cerera po vsem zemljekrogu [svojo] hčer Proserpino, [katere] je bil Pluton ugrabil. 8. Komu [izmed] vas je neznano, [s] koliko skrbnostjo [da] so konzuli vselej zvršili naloge rimskega starejšinstva? 9. [V] starih časih so tkale najplemenitejše žene oblačila sebi, [svojim] soprogom in otrokom. 10. Vsi pesniki so vedno hrepeneli [po] slavi; a tiste slave, katere so bili želeli, [si] niso mnogi pridobili.

## CXL.

1. Optima eōrum erit memoria, quī eam exercitātiōne acuerint. 2. Rōmānī Brūtī filiōs prōditiōnis patriae arguērunt: hī comprehēnsī sunt et scelus suum morte luērunt. 3. Cicerō Verrem māximōrum scelerum coarguit neque ā quōquam haec crīmīna dilūta sunt. 4. Alexander Dārēi rēgnō sub potestātem suam redactō veterēs Macedonum mōrēs exuit atque novōs Persārum induit. 5. Annī nōn minuērunt eam pietātem, quā puerī imbūti sumus. 6. Cum mīlitēs Rōmānī altam turrim contrā mūrōs oppidī oppūgnātī movērent, multī hostēs metū perterritī ex oppidō in silvās proximās ruērunt. 7. Parietēs ruitūrōs fulcīre dēbēmus. 8. Themistoclē Pīraei portum et mūrōs urbis ā Xerxe dīrutōs restituit. 9. Lēge statūtum est, ut templa ā Poenīs pollūta restituerentur. 10. Rōmānī pācis condiciōnēs respuērunt, dum Pyrrhus in Ītaliā esset. 11. Iam antīquissimīs temporibus

eloquentiae magna laus tributa est. 12. Sisyphus in montem volvit saxum, quod numquam in vertice posuit. 13. Latinus cum Romanis lingua, moribus, armorum genere, institutis militaribus congruisse constat. 14. Alexandrum omnes ut maximum metuērunt, ita plurimum dilexerunt. 15. Iuppiter omnipotens adnuit et totum Olympum nutu tremefecit.

CXLI.

*Honor senectuti tributus a Lacedaemoniis.*

Lysander Lacedaemonius dicere solēbat Lacedaemonem esse honestissimum domicilium senectutis; nusquam enim senectutem esse honoratiorē. — Cum Athenis senex quidam in theatrum venisset, in magno consensu honor ei a civibus nusquam tributus est. Cum autem ad Lacedaemoniorum legatos venisset, quibus honoris causa locus certus datus erat, omnes surrexerunt et senem illum inter se recepērunt. His cum universus populus vehementer plauderet, dixisse ex iis quidam fertur: «Athēnienses sciunt, quae recta sint, nos vero facimus.»

CXLII.

*Dē Hercule.*

Sexta pars.

Ultimus restabat labor; Eurystheus imperavit, ut Herculēs ad inferos descenderet et inde Cerberum catenis solutum secum ad regem perduceret. Cerberus erat canis triceps; caudam draconis habebat eiusque tergum armatum erat multis serpentibus. Cum Herculēs per aditum, qui non procul a Taenaro, promunturio Laconicēs, situs erat, ad inferos penetravisset, Pluto permisit, ut Cerberum abduceret, si eum sine armis superavisset. Hercules, cum corpus pelle, qua leonem exuerat, texisset, manibus capita monstri illius comprehendit et mordente dracone, quem Cerberus pro cauda habebat, tamen ad Eurystheum abstraxit.

Tot multisque aliis laboribus perfectis Herculēs etiam Iunonis iram flexit. Cum rebus gestis immortalē gloriam sibi peperisset, illa permisit, ut in deorum numerum reciperetur.

69.

1. Ko bi bili Rimljani vsigdar meče brusili zoper sovražnike, ne zoper sodržavljane, ne bili bi svoje države po zlu deli.
2. Znano je, da so rimski cesarji odvzeli (= izuli) senatu prejšnje dostojanstvo.
3. Stari Rimljani so bili, kedar so javno nastopili, oblečeni [v] togo

(toga, ae, ablāt.), *bel plašč*. 4. *Vaš duh je napojen [z] verskimi (= vere) pravili*. 5. *Kip Cererin, katerega niso bili nikdar moški (= možje) pogledali niti (= ali) se ga dotaknili, je Ver tako oskrunil, da ga je [s silo] odvedel iz svetišča in nesel v svojo hišo*. 6. *Atenci so okrivili Sokrata, češ, da je (bil) zmanjšal veljavnost bogov*. 7. *Naši vojaki so hrabro planili na sovražnika, ne boječi se nobene nevarnosti*. 8. *Boljari, čuvarji zakonov, so pogosto sami zakone razveljavili*. 9. *Poveljnik je zaukazal zgrabiti in pobiti prebivalce obleganega mesta, ki so bili kamene valili z zidovja*. 10. *Mnogim državam sicilskim ni Ver nič plačal za žito, katero je bil zahteval*. 11. *Ciceron pravi, da se je življenje Katonovo skladalo z njegovim govorom*. 12. *Starši, ki svojim otrokom v vseh rečeh prikimavajo (perf.), morajo za to napako pozneje trpeti (= to napako oprati)*.

CXLIII.

1. *Omnēs cīvēs et socii Pompēium dēpopōscērunt imperātōrem ad bellum contrā Mithridātem*. 2. *Rōmulus et Remus cum ā pāstōre quōdam ēducātī adolēvissent, gregēs pāvisse dīcuntur*. 3. *Simulāc cum hostibus cōnflīxeritis, quod quisque didicit ac cōnsuēvit, faciet*. 4. *Vetustāte multārum gentium et urbium etiam nōmina abolēvērunt*. 5. *Aenēās cum imāginem uxōris mortuae vidēret, obstipuit*. 6. *Multōs montēs resēdisse, multōs amnēs exāruisse cōnstat*. 7. *Propter imbrēs continuōs frūmenta serō mātūruērunt*. 8. *Interdum arborēs ferē tōtae ambūstae revīxērunt*. 9. *Conōn cum clāssem Lacedaemoniōrum dēvīcisset, plūra concupīvit quam efficere potuit*. 10. *Lacedaemoniī cum Alcibiadis praestantem prūdentiam cōgnōvissent, extimuērunt, nē amōre patriae [ductus] ab ipsīs dēscīsceret*. 11. *Ōrācula ēvānuērunt, postquam hominēs crēdulī esse dēsiērunt*. 12. *Themistoclēs cum, quae rēgi Persārum pollicitus erat, sē praestāre posse dēspērāret, mortem sibi ipse cōnscīvisse dīcitur*. 13. *Armīs perterritae lītterae iam saepe conticuērunt et obmūtuērunt*.

CXLIV.

*Ursus et apēs.*

*Ursus ab ape vulnerātus tantā irā exārsit, ut alvārium, in quod illa sē abdiderat, ūnguibus discerperet. Tum apēs ūniversae acūleīs ursum invāsērunt atque ita pupugērunt, ut paene necārētur. Cum vix effūgisset, sēcum (pri sebi) dīxit: «Nunc cōgnōvī melius esse ūnius apis acūleum tolerāre quam tot in sē hostēs irācundiā suā excitāre.*

## CXLV.

## Reki.

1. Deus vērītātem in profundō dēmērsit. 2. Stultum est ācta agere. 3. Difficile est manēre amīcitiām, sī ā virtūte dēfēcēris. 4. Laesa etiam repūgnat ovis. 5. Nil praecepta iuvant, sī nōn accēsserit ūsus. 6. Vitia sua nōvisse sānitātis initium est. 7. Nēmo mortālium omnibus horīs sapit. 8. Nōn minor est virtūs quam quaerere parta tuērī.<sup>1</sup> 9. Opēs partās minuērunt, nōn auxērunt, quī crēbrō oppida, crēbrō dominōs mūtāvērunt. 10. Quī superstitiōne est imbūtus, quiētus esse nōn potest. 11. Nēmo adeō ferus est, ut nōn mītēscere possit. 12. Omnem crēde diem tibi dilūxisse suprēmum! 13. Melius est ērubēscere quam pallēscere.

## 70.

1. Od Helvečanov, ki so ga prosili miru, je tirjal Cezar orožje in sužnje, ki so bili k njim pribežali. 2. Mnogi slavni možje so [kot] dčki pasli črede zaradi ubožnosti. 3. Z velikostjo rimskega naroda so bile rastle tudi njegove napake. 4. Nikdar ni mirovalo Hanibalovo sovraštvo do (in c. accūs.) Rimljanov. 5. Že rimski kralji so bili navajeni pošiljati darove v Delfe ter Apolona vpraševati [za svet]. 6. L. 49. pred Kr. r. se je vnela državljanska vojna med Cezarjem in Pompejem. 7. Temistoklej si je zadal sam smrt, da ne bi bil prisiljen škodovati svoji domovini. 8. Lažje je videti napake drugih, nego svoje poznati. 9. Svetišče Amonovo je pripoznalo Aleksandra Velikega [za] sina tega boga. 10. Po strašnih časih cesarja Domicijana (Domitiānus, i) je rimsko državljanstvo [zopet] oživel. 11. Ko je bilo žito (plūr.) dozorelo, se je Cezar napotil na (ad) vojno zoper Germane. 12. Zarudeli ste, ker ste krivico storili. 13. Zvedevša (= spoznavša) smrt svojega sina je mati [od] boli (ablat.) onemela. 14. Bedaki, če prav so dosegli, česar so bili zaželeli, vendar nikdar ne verujejo, da so zadosti dosegli. 15. Ko so bili Mitilenjani (Mytilēnaei, ōrum) odpadli od Atencev, se je drugim odpustilo, 1000 plemenitih državljanov pa so pobili (pass.). 16. Kazen ste trpeli (= plačali), ker se niste učili [tega], kar je bil učitelj zahteval.

<sup>1</sup> Veži: «Parta tuērī nōn minor est virtūs quam quaerere.»



## Četrta konjugacija.

CXLVI.

*Sepulcrum Nitōcridis rēgīnae.*

In Nitōcridis, Babylōniōrum rēgīnae, sepulcrō haec verba inscrip̄ta erant: «Sī quis eōrum, quī post mē rēgnum Babylōniōrum tenēbunt, pecūniae indiguerit, hoc sepulcrum aperitō et tantum pecūniae sūmitō, quantum libuerit. At, sī nōn indiguerit, nē aperiat! Nihil enim eī hoc prōderit.» Hoc sepulcrum inviolātum mānsit, dōnec rēgnum ad Dārēum pervēnit. Hic cum māgnam pecūniam sē reperitūrum esse spērāret, sepulcrum aperuit. Pecūniam quidem nōn reperit, sed corpus et haec verba inscrip̄ta: «Nisi insatiābilis pecūniae cupiditās tē tenēret, mortuōrum sepulcra nōn aperuissēs.»

CXLVII.

*Dē Ulixē.*

Prīma pars.

Ut Achillēs fortitūdine, ita Ulixēs calliditāte omnibus Graecīs praestābat. Hoc et aliī sēnsērunt et Polyphēmus Cyclōps. Nam Ulixēs, cum in spēluncam ēius vēnisset et sēnsisset mortem sibi (*mu*) imminēre, nisi remedium invēnisset, dolō ūsus oculo eum privāvit. Spēluncā relictā nāvem cōnscendit paulumque ā lītore prōvectus Polyphēmō, quis esset, aperuit. Tum dēmum is Ulixem elāpsum esse sēnsit. «Vae mihi», inquit, «iam ēvērunt, quae olim vātēs quīdam mihi praedixit. Sed semper putāvī hominem ingentī corporis māgnitūdine hūc venturum esse; nunc ā pusillō istō homine insidiīs circumventus sum. Sed tū hūc venī, Ulixēs, ut mūnus tibi dem et Neptūnum patrem rogem, ut incolumis domum perveniās! Atque illum spērō oculum meum sānātūrum esse.» Eī Ulixēs: «Scītō», inquit, «nē Neptūnum quidem malīs tuīs remedium inventūrum esse.» Tum vērō Cyclōps patrem precātus est, ut gravissimē illum pūnīret. «Sī fātum eī est», inquit, «in insulam Ithacam pervenire, precor, nē prius eō perveniat, quam omnēs calamitatēs hauserit.» Brevī Ulixēs hās precēs ā Neptūnō auditās esse sēnsit.

## CXLVIII.

*Dē Ulixē.*

## Alterā pars.

Ē manibus Polyphēmī ēlāpsus ad Aeolī īnsulam mūrō aēneō saeptam pervēnit. Is eum et aliīs beneficiīs sibi dēvinxit et discēdentī utrem dōnāvit, in quō omnēs ventī adversī inclūsī erant. Itaque ventīs secundīs ūsus post decem diēs ad Ithacam pervēnit. Sed cum iam nōn longē ab eā abesset, obdormīvit. Cum id sociī ēius sēnsissent, utrem aperuērunt opibus eum refertum esse opīnātī. Opēs quidem nōn repperērunt, sed ventī adversī omnes ēlāpsī sunt. Eōrum strīdōre Ulixēs ē somnō excitātus caput operuit et nāvem ventīs dedit. Postquam rūrsus ad Aeolī īnsulam vēnit, ex nāve dēsilit rēgemque ōrāvit, ut damnum resarcīret. At rēx, ubi comperit, quid ēvēnisset: «Apage», inquit, «quam celerrimē! Dīvīnīs enim lēgibus sanctum est, nē iīs subveniam, quī ā diīs exagitātī hūc pervēnerint.» Ulixēs tristis discēssit et post septem diēs ad Laestrygonum terram pervēnit. Hī omnēs nāvēs ēius dēmērsērunt praeter Ulixīs nāvem extrā portum revinctam. Itaque cum paucīs sociīs ēvāsit et ad Circēn deam pervēnit.

## 71.

1. Vse vem, kar se je pripetilo v mestu; prijatelj mi je bil namreč razodel, kaj [da] je bil zvedel iz pisma konzulovega. 2. Centurijon je skočil z visoke obale v morje ter plavajoč (= [s] plavanjem) dosegel našo ladjo. 3. Aristida, ki ni bil nič zapustil, dasi je opravljal najvišje službe (= oblastva), so Atenci pokopali o državnem trošku. 4. Državljanske vojne so napolnile Tiberu [s] trupli državljanov. 5. Rodovitne jablani se zlomijo, ako niso podprte. 6. Znano je, da so Atenci [na] Temistoklejev svēt (ablāt.) ogradili mesto [z] novim zidovjem. 7. Cesar Tit je obljubil, da bode zopet ustanovil svetišča, ki so bila [po] požaru uničena. 8. Zmaganim in ujetim so roke za hrbtom zvezane. 9. Sokrat je skoro isto mislil o nesmrtnosti duše, kar je bil mislil Pitagora. 10. Platon pripoveduje, da je Sokrat vesel in rad izpil (= črpal) strup. 11. Ko je bil Aleksander odkril Cirov grob, ni v njem nič našel razun ščita, dveh lokov in meča. 12. Krečani so verovali, da je njihove zakone potrdil Jupiter sam. 13. V (= o) največjih in najvažnejših rečeh se modrijani [še] nikdar niso ujemali.

## Pripovedke.

1. [Ko] je bil Solon vprašan, zakaj [da] ni (bil) nič določil o tem, ki je [svojega] očeta usmrtil, je odgovoril: «Ker se mi zdi, da ni nihče tako nečloveški» (inhūmānus 3).

2. Ko [mu] je bil Kserks pisal: «Pošlji orožje», je odgovoril Leonida (Leōnidās, ae), kralj lacedemonski: «Pridi in vzemi [je]!»

3. Premagavši Farnaca (Pharnacēs, is) kralja pontskega, je pisal Cezar (k) svojim prijateljem: «Prišel, videl, zmagal sem.»

## Verba deponentia.

## Prva konjugacija.

CXLIX.

*Dē Ulixē.*

Tertia pars.

Circē partem sociōrum in suēs mūtāverat, sed Ulixē cōgente omnēs rūrsus in hominēs trānsfōrmāvit. Ūnō annō apud Circēn āctō hī Ulixem adhortābantur, ut tandem domum reverterētur. Ulixēs vērō, cum Circē eī fātum esse dīxisset in Orcum dēscendere, priusquam domum pervenīret, īnsulā eīus relictā ad inferōs dēscendit. Ibi immolātīs hostiīs vagantium umbrārum āgmīna circā eum versābantur. Cōnantēs sanguinem bibere omnēs abēgit neque prius iīs grātificātus est, quam Tiresiās accēssit. Hic Ulixem precantem, ut ipsī vāticinārētur, cōnsolātūrus: «Neptūnus», inquit, «odiō tē persequitur, quod Polyphēmum oculō privāvisti. Tamen tuā nāve domum revertēris, sī sociī tuī Sōlis bovēs in īnsulā Trīnācriā integrōs relīquerint. Sī minus, nūlla spēs salūtis illīs relinquētur nāvisque tua frangētur. Sed nē tum quidem tibi omnis reditūs spēs adempta erit. Serō tamen, septem annōs ūnō locō morātus, aliēna nāve revertēris et plūrima mala in domō tuā invenīēs. Iuvenēs enim superbī ibi dominantur et bona tua comedunt; ab uxōre autem tuā inter sē aemulantēs pōstulant, ut ūnum ex ipsīs cōniugem ēligat. Hōs reversus omnēs interimēs.»

CL.

*Dē Ulixē.*

Quārta pars.

Postquam vātēs abiit, māter Ulixis appropinquāvit, quam ille ex patriā discēdēns vīvam reliquerat. Haec ubi scīscitandō ex filiō comperit, cūr ad inferōs dēscendisset, lāmentāns nārrāvit sē Ulixis dēsideriō dē vītā dēcēssisse, Penelopēn vērō Tēlemachumque etiam vīvere Lāertemque patrem urbe relictā miseram vītā rūrī agere. Cum Ulixēs lacrimāns eam amplectī et ōsculārī cōnārētur, ē manibus eius elāpsa est. — Deinde umbrās eōrum vīdit, quī ante Trōiam sanguinem suum profūderant. Prīmum Achillem cōnspicātus beātum dīxit, quod, ut antea inter vīvōs, ita tum inter mortuōs rēgnāret. Ille vērō: «Nōlī», inquit, «hanc vītā beātā dīcere; praestat enim apud superōs miserrimā vītā dēgere quam apud inferōs rēgnāre.» Deinde Aiācem allocūtus est opīnātus sē eius animum sibi reconciliātūrum esse. Is enim sē ipse interēmerat, quod glōriam suam ab Ulixē infractam esse putābat. Ac statim Ulixēs eum etiamtum sibi suscēnsere intellēxit; nam sine respōnsō ille Ulixē miserante discēssit. Dēnique Ulixēs mīrāns Mīnōem iūdicantem multāsque aliās umbrās vīdit. Cōnfectō Circēs mandātō inferōs reliquit et ad superōs revertit.

**Druga konjugacija.**

CLI.

*Lupus et equus.*

Lupus senex equō occurrit. Cum vīrēs eum dēficerent, hunc dolō circumvenīre eī vīsum est. Itaque medicum sē professus est et equō operam suam obtulit. Ille autem dolum dolō opposuit. Simulāvit igitur pedem suum nūper spīnā laesum esse et ā lupō petīvit, ut vulnerī medērētur, sicut pollicitus esset. Lupus illum vērū dīcere ratus obsecūtus est. Sed cum accēssisset, ut pedem intuērētur, equus caput eius calce adeō percussit, ut paene exanimārētur. Cum tandem animum recēpisset: «Cōnfiteor», inquit, «fraudis poenam mē luere, quam meritus sum.»

73.

1. Kaj bi nas tolažilo, ko bi bili kedaj dobre zalezovali? 2. Čast in slava bodeta spremljala tiste ljudi, ki bodo ljubili krepost. 3. Največ bodeš koristil državi, ako bodeš bodril dečke, da naj posnemajo hrabra dejanja prednikov. 4. Kateri kralji so ladjali proti (ad) Troji ugoditi

hoteči Agamemnonu? 5. Velike reči podjeti hoteč premissljaj, kdo [da] ti bode pomagal. 6. [Ko] je bil poveljnik vojake ohrabil, da naj se pogumno bojujejo (imperf.), je dal znamenje [na] boj (genet.). 7. Zdravniki ne tajijo, da ozdravi narava sama največ boleznij. 8. Kako kazen bi bil [ti] zaslužil, ko bi se ne bil nikoli usmilil bednih? 9. Cezar je bil pri svojih prijateljih v večji nevarnosti nego je bil sam menil. 10. Ciceron je pripoznal, da so mu prav veliko pomogli (= ga podpirali, pass.) stari pisatelji. 11. Tistim, ki so gledali [na] Sokratovo zunanost, se ni zdel velik mož, tistim pa, ki so poslušali njegove pogovore, najmodrejši. 12. [Ko] je Temistoklej menil, da so lacedemonski poslanci že dospeli v Atene, je prav prostodušno (= prosto) izjavil pred (apud) njihovo gosposko in starejšinstvom, da so Atenci [na] njegov (suus) nasvèt (ablāt.) ogradili mesto [z] zidovjem.

### Tretja konjugacija.

CLII.

#### *Dē Ulixē.*

Quīnta pars.

Ā Circē, ad quam reverterat, ventīs secundīs dīmīssus est. Tum īnsulās Sīrēnum, quae deae nautās dulcī cantū ad scopulōs suōs allīcībant, praetervectus per Scyllam et Charybdim nāvīgāvit. Ex hīs perīculīs ēlāpsus ā sociīs nāvēs ad Trīnāciam appellere coāctus est, ubi Sōlis bovēs pāscēbantur. Ibi sociī famē vexātī et oblītī iūris iūrāndī, quod ducī suō dederant: sē gregem illum nōn violātūrōs esse, Ulixē dormiente pulcherrimōs bovēs māctāvērunt. Iūppiter, apud quem irātus Sōl conquestus erat, hanc iniūriam ultūrus nāvēs ab īnsulā profectās fūlmine frēgit. Sociī omnēs interiērunt; ūnus Ulixēs nāvis trabe nīxus salūtem natandō adeptus est et ad īnsulam Ōgygiam pervēnit, ubi Calypsō nympha dominābātur. Haec eī, sī sē (jo) in mātrimōnium dūceret, immortalitatem aeternamque iuventūtem pollicita est; neque tamen blandīs verbīs Ulixī dēsīderium patriae exstinguere potuit, quamquam septem annōs eum retinēbat.

CLIII.

#### *Dē Ulixē.*

Sexta pars.

Cum Iūppiter per Mercurium eī imperāvisset, ut Ulixem dīmīteret, hic rūsus mare ingrēssus est. Nāvem autem, quam ipse sibi cōstrūxerat, Neptūnus flūctibus disiēcit. Tamen Ulixēs Leucotheae

deae auxiliō servātus ad proximum litus enatāvit et nūdus in insulam Phaeācum vēnit. Posterō diē Nausicaa, filia Alcinoī, rēgis Phaeācum, cum ad idem litus pervēnisset, Ulixem veste operuit et eī viam ad urbem et pulcherrimam patris domum mōnstrāvit. Benīgnē ā rēge exceptus est et, cum aperuisset, quis esset, ā prīncipibus Phaeācum multis dōnīs dōnātus et in patriam remīssus est. Ita, dormiēns ā Phaeācibus in litore Ithacae insulae expositus, post vicēsimum annum in patriam revertit. Sed ex somnō excitātus eam nōn āgnōvit. Ā Minervā comperit, quā in terrā esset. Ab eādē deā in senem mendīcum mūtātus est, nē statim ā suis cōgnōscerētur. Tum in casam Eumaeī, fidissimī pāstōris, sē contulit neque ab eō cōgnitus est. Cum multās illi fābulās, quās dē sē commentus erat, nārrāvisset, Tēlemachus in casam vēnit. Cum ambō graviter dē superbiā procōrum questī essent, Ulixēs sē iīs aperuit et bona sua tuērī iniūriāsque ab illīs acceptās ulciscī cōstituit.

CLIV.

*Dē Ulixē.*

Septima pars.

Procī neque deōs neque hominēs verēbantur. Ipsī iniūriās suās cōfessī sunt et glōriantēs dē iīs loquēbantur. Nihil cōgitantēs dē poenā futurā fruēbantur et vescēbantur bonīs Ulixis. Quotiēns Tēlemachus dē eōrum iniūriīs questus eōsque adhortātus erat, ut deōrum poenam verērentur, illī ridēbant et eī minābantur interitum. Ulixēs ipse multa mala ab iuvenibus illīs perpessus est. Nam cum insequente diē in mendīcī fōrmam mūtātus in urbem profectus et in domum suam ingrēssus esset, nōn solum verbīs eum aggrēssī sunt, sed etiam manibus. Eōdem diē cum Penelopē collocūtus est. Haec mendīcum illum, ut putābat, peregrīnum ad sē arcessiverat, dē cōniuge suō eum interrogātūra. Ulixēs ut nūper apud Eumaeum multās fābulās dē sē finxit. «Nōndum», inquit, «Ulixēs mortuus est. Ego eum ex bellō Trōiānō reversum in Crētā insulā nūper vīdī; multa mala ille quidem terrā marīque perpessus est, sed vīvit et post paucōs diēs in patriam revertētur.» Penelopē, quamquam semper optāverat, ut Ulixēs reverterētur, tamen post tot annōs spērāre paene dēsierat. Tum meliōrem spem nacta esse vidēbatur.

## 74.

1. [Po] slogi je rastla rimska država, [po] neslogi je razpadla. 2. Lacedemonci so poslali v Atene tri poslance, ki so bili najvišje [častne] službe (= oblastva) opravljali. 3. Znano je, da je Epaminonda prav lahko prenašal ubožnost. 4. Pretrpevši mnoge nezgode na morju se je vrnil Uliks še le po 20 letih v svojo domovino Itako. 5. Vedite (imperāt. II.), da bogastva po smrti ne bode užívali; poslužujte se ga torej zdaj pametno! 6. Vojaki, ki so se bili zgrudili, oslavljeni [po] mnogih ranah, so se zopet vzdignili, oprši se [na] ščite. 7. Umreti hoteč je velel Sokrat svojemu prijatelju, da naj žrtvuje Eskulapiju petelina. 8. Proganjajoč Mitridata je prišel (= vstopil) Pompej v najskrajniše (= zadnje) dežele. 9. Rojeni smo, da umrjemo, umrjemo pa, da se iznova rodimo. 10. Ne bili bi [vi] tožili, ko bi bili dosegli, kar ste upali. 11. Pripoveduje se, da je Atik krivic raji pozabil nego [jih] maščeval. 12. Scitje so se hranili [z] mlekom in medom. 13. Alcibijad je napel vse moči (= se je napel [z] vsemi močmi), da bi dosegel občno (= vseh) pohvalo. 14. Dasi zdravniki pogostokrat izprevidijo, da bode bolnik umrl [za] boleznijo, katera se ga je prijela (= [v] katero je zamotan), mu tega vendar nikdar ne povedó.

## Četrta konjugacija.

CLV.

*Dē Ulixē.*

Octāva pars.

Eādem nocte Ulixēs cum Tēlemachō arma omnia ex eā domūs parte, in quā procī versārī solēbant, in superiōrem domūs partem comportāvit, nē procīs parāta essent. Cum māne experrēctus esset, procī iam convēnerant. Illō enim diē in animō habēbant inter sē certāre, quis Pēnelopēn in mātirimōnium dūceret. Pēnelopē ipsa turbam procōrum ā domō Ulixīs āmōtūra certāmen illud instituerat. Arcum et sagittās Ulixīs procīs dederat, ut vīrēs experīrentur. «Quī arcum illum tetenderit», inquit, «eī nūbam.» Certāmine ortō procī omnēs arcum tendere cōnātī sunt, sed frūstrā. Tum Ulixēs ab iis petīvit, ut ipsī vīrēs suās experīrī liceret. Cum Pēnelopē adsēnsa esset, mendicō arcus trāditus est. Ulixēs vērō, cum facile arcum tetendisset et aperuisset, quis esset, procōs arcū et sagittīs adorīrī ōrsus est. Procōs omnēs ferē ipse cum Tēlemachō trānsfixit; servōs, quī cum procīs sēnsērant, et ancillās infidās Eumaeus et iī servī, quī in fidē remānsērant, occidērunt.

## CLVI.

*Dē Ulixe.*

## Nona pars.

Pēnelopē caede procōrum compertā Ulixem āgnōvit, cum sīg-nōrum, quae ille ēnārrāvit, reminiscerētur. Āgnitum Ulixem cum multīs lacrimīs amplexa et ōrsa est sermōnem dē illīs malīs, quae ipsa per tot annōs perpessa erat. Ulixēs nārrāvits, quās rēs in bellō Trōiānō gessisset, quās terrās deinde peragrāvisset, quae maria ēmēnsus esset, quot et quanta perīcula per vīgintī annōs subiisset. — At nōndum finis omnium labōrum et perīculōrum aderat. Posterō diē māgna multitudō Ithacēnsium, cum caedem procōrum comperisset, Ulixem adorta est. Ulixēs fortiter restitit, Minerva pūgnantem adiūvit, Iūppiter fūlmine proelium dirēmit. Ulixēs cum iīs, quī eum adortī erant, pactus est, ut ipse iniūriarum acceptārum oblīviscerētur et mortuī sepelirentur. Cum pācem sanxissent, Ulixēs rēgnō suō potētus est.

## CLVII.

1. Epamīnōndam numquam mentitum esse memoriae prōditum est. 2. Catilīna rei pūblīcae pēstem mōlītus erat, ut ipse imperiō potīrētur. 3. Titus, benevolentissimus et beneficentissimus imperātor, tempus beneficiīs, nōn diēbus mēnsus est. 4. Prūdenter saepe ducēs Rōmānī bella gerentēs tempora sua<sup>1</sup> oppertī sunt. 5. Cum sōl oritur, pallēscit lūna. 6. Cum sōl orerētur, speculātōrēs in castra reversī nūntiāvērunt hostēs iam ad Rhēnum prōgrēssōs esse. 7. Praedictum erat carminibus orītūrum esse aliquandō ex Hispāniā prīncipem dominumque rērum (= *svetá*). 8. Caesar cōpiīs suis firmum praesidium ad pontem reliquit, nē hostēs subitō eās adorīrentur. 9. Tempestās subitō coorta pontēs, quōs Xerxēs in Hellēspontō fēcerat, interrūpit. 10. Hērodotus, quī multās terrās ēmēnsus erat, multās quidem rēs prōdigiosās nārrāvit, quās nōn ipse ēmentitus est, sed aliī, ex quibus (eās) audīvit.

## 75.

1. *Posnemajte Epaminondo, ki se ni niti [v] šali zlagal!* 2. *Da so Epikurovci merili vse reči [po] slasti, vam ni neznano.* 3. *Polastivši se vladarstva je svetoval Agezilaj Lacedemoncem, da naj pošljejo (imperf.) vojsko v Azijo ter napadejo kralja perzijanskega.* 4. *Ko bi bili [vi] to sami izkusili, kar ste rekli, bili bi vam [mi] radi pri-tegnili.* 5. *Izkusivši tvoje prijateljstvo se ti nismo nikoli dobrikali,*

<sup>1</sup> CLVII. Tempora sua (svoj čas =) ugodni čas.



*ampak govorili smo vsigdar resnico (= resnično). 6. Prava dika izvira iz čednosti same. 7. Ko je solnce vshajalo, je napal Cezar sovražnike s petimi legijami in enakim številom konjenikov. 8. [Kedar hoče] solnce vshajati, izlije [svojo] luč na zemlje, predno je samo zagledamo. 9. Ko je bil Hanibal zagledal rimsko vojsko, je velel vojakom, da naj jo napadejo (imperf.). 10. Vsi narodi etrurski so začeli silno vojno zoper Rimljane.*

## Verba semideponentia.

### CLVIII.

1. Hannibal tantum terrōrem iniēcit exercituī Rōmānōrum, ut ēgredi oītrā vallum nēmo ausus sit. 2. Philippus, rēx Macedonum, valdē gāvīsus est Graecōrum discordiā. 3. Nōs solēmus et semper solitī sumus perficere, quod semel aggredi ausī sumus. 4. Ducēs virtūtī militum semper cōnfīsī erant et nē in māximō quidem periculō iīs diffidēbant. 5. Vidēbitis hunc hominem nēquam ausūrum esse facere, quod minātus est. 6. Nōn semper gaudēmus neque semper gāvīsī sumus; etiam in nostrā vītā iūcunda et trīstia mīxta sunt. 7. Iūcunda sunt colloquia cēnātis et potīs. 8. Etiam nōn iūrātus vir bonus vērūm dīcet. 9. Rōmānī prānsī per (= o) merīdiem quī-ēscēbant. 10. Pompēius, ubi equitātum, cui māximē fīsus erat, pulsum vidit, aliīs quoque cōpiīs diffīsus aciē excēssit.

### CLIX.

#### *Dē Dionysio tyrannō.*

Dionysius, Syracūsānōrum tyrannus, cum imperium perpetuum, quod iniūstē arripuerat, sibi mūnīre studēret, nullius vītāe pepercit, quem insidiātōrem putābat. Ortus erat bonīs parentibus et nōbili genere abundābatque familiāribus et propīnquīs; sed fidēbat eōrum nēminī. Quia semper insidiās timēbat, sē ipse in carcerem quōdam modō inclūdēbat. Itaque fōssā lātā lectum suum circumdedit. Cum in commūnibus suggestīs cōnsīdere nōn audēret, ex altā turrī cōntiōnārī solēbat. Nē tōnsōrī collum committeret, tondēre filiās suās docuit; ita rēgiae virginēs totonderunt barbā et capillum patris. Et tamen etiam ab hīs ferrum remōvit, cum essent adultae.

### 76.

1. Znano je, da se je drznil Cezar dvakrat Ren prekoračiti. 2. Sparčani so običavali pojoč(i) iti (= odriniti) v bitko. 3. Vsi držav-

ljani so se zelo veselili, ker se je bil kralj neoškodovan vrnil iz vojne. 4. Deseti legiji je Cezar zaradi njene hrabrosti največ zaupal. 5. Odoledovavši in napivši se ne delamo radi. 6. Komu naj upamo, ako ne prisegšim? 7. Fabija so izprva mnogi zasmehovali (pass.), ker si ni bil upal bojevati se s Hanibalom. 8. Obljubil si mi bil, da prideš (fut.) odkosivši k meni, a čakal sem te zastonj. 9. Brali ste, da je običaval Lacedemonec Lizander reči: Lacedemon je najčastniše bivališče starosti. 10. Nikdar se nisem bolj veselil nego [takrat], ko sem se prvič v šoli učil (perf. indicāt.). 11. Ako mojim besedam niste zaupali, bodete vendar zaupali svojim očem. 12. [Ker] je hrabrosti svojih vojakov zaupal, je Cezar takoj napal vojstvo sovražnikov.

## Okrajšane in skrčene oblike.

### CLX.

1. Canēs ēdūc in silvam, puerōs dūc in scholam! 2. Militēs iūrārunt se exercitum ducēsque nōn dēsertūrōs neque prōditūrōs esse. 3. Soror Atticī Q. Tullio Cicerōnī nūpsit eāsque nūptiās M. Cicerō conciliārat. 4. Alcibiadēs, ut ipse praedicāre cōnsuērat, nōn adversus patriam, sed (adversus) inimicōs suōs bellum gessit, quod iīdem hostēs essent civitātī. 5. Nōstī, quantopere tē semper amārim. 6. Nōn cōnsuēssētis tam neglegentēs esse, sī parentēs vōs satis pūnissent. 7. Catō Māior Pŷthagorēōrum mōre quid quōque diē dīxisset, audisset, ēgisset, commemorābat vesperī. 8. Ut primō concursū trīgeminōrum frātrum increpuēre arma micantēsque gladii fūlsēre, horror ingēns spectantium animōs occupāvit. 9. Numquam lābēre, sī vōcem cōnscientiae tuae audieris. 10. Monēbare ā nōbīs, nē ab aliis aliquandō pūnīrēre. 11. Rōmānī omnēs ferē gentēs bellō superārunt; nōnnullae tamen fuēre, ā quibus etiam ipsī saepe victī sunt. 12. Diū morbus tē vexāvit; sī magis cāvissēs, fortāsse eum prius remōssēs.

### CLXI.

## Reki.

1. Fac,<sup>1</sup> nē pūniendus sīs! 2. Nē fidās amīcō, nisi fidum (eum) nōris! 3. Innocentī nē pericūlum facessieris!<sup>2</sup> 4. Semper fac, quod bonum est, nōn ut laudēre ab hominibus, sed ut Deī benevolentiam

<sup>1</sup> Tukaj = glej, skrbī!

<sup>2</sup> V slov. imperat.!

mereāre! 5. Perfer et obdūrā; labor hic tibi prōderit ōlim! 6. Multa audisse et vīdisse māgnam habet ūtilitātem. 7. Quam multī sunt indīgnī lūce, et tamen diēs oritur! 8. Quod ausus es facere, id etiam audē dicere!

9.) Dic id, quōd prōdest, vacuām dūc crīmīne vitam,  
Fēr patiēter onus, fāc sapiēter opūs!

77.

1. Glej (= stori), da varuješ svoje zdravje! 2. Govori vselej resnico (= resnično); zakaj če se jedenkrat zlažeš (fut. II.), ne bo se ti verjelo tudi resnico (= resnično) govorečemu. 3. Vsi poznate življenje Hanibalovo in ste mi njegova dejanja pogostokrat pripovedovali. 4. Kdo bi bil dejanja Ahilova slišal in ne hvalil njegove hrabrosti? 5. Vi bi se ne bili navadili tako dolgo spati, ko bi ne bili lenobi bolj stregli nego zdravju. 6. Rimljani niso nehali vojskovati se s Pirom, predno [ni] bil Italije zapustil. 7. Vsi te bodo ljubili (pass.), ako bodeš prej sam vse ljubil (fut. II.). 8. Slišal si zapovedi [svojih] staršev; glej (= stori) torej, da se jih držiš (= je slediš). 9. Grajal si druge, da bi bil sam hvaljen; a učitelj te bo kaznil (pass.). 10. Mnoge reči so začeli [tisti], ki so bili pred nami, pa vseh niso dovršili.

## Vprašalni stavki.

### CLXII.

#### *Colloquium inter Albīnum et Paullum.*

#### A.

*Albīnus:* Ūnā tēcum ambulāre velim, amīce cārissime! *Paullus:* Ī mēcum! *A.:* Quō ibimus? *P.:* Extrā urbem; venī et cavē, nē in hunc fluvium dēcidās! *A.:* Altusne est? *P.:* Est sānē. *A.:* Nōnne mox ad molam veniēmus? *P.:* Iam adest. Vidēsne rotās? quot sunt? numerā! *A.:* Sex rotae sunt. *P.:* Errās, nōn plūrēs quam quīnque sunt. *A.:* Quō nunc ibimus? *P.:* In agrōs; segetem lūstrābimus. Nōstīne haec frūmenta? *A.:* Istud fār est, hoc trīticum, hordeum, avēna. Sed istīc ovium gregem cōnspiciō. Ubi ōpiliō est? *P.:* Illīc sub arbore sedet. *A.:* Nullīne canēs ōpiliōnī sunt? *P.:* Ipsōs nōnne vidēs prope ōpiliōnem cubantēs? In silvam nunc concēdamus! *A.:* Quid ibi vidēbimus? *P.:* Cervōs. Numquamne cervum vīdistī? *A.:* Numquam. Quāenam hae domūs? *P.:* Vicus est; vidēsne turrim? *A.:* Videō;

nōn admodum est alta. At ille viridī veste indūtus quis est? *P.*: Vēnātor est. Ibi veniunt canēs vēnāticī, alter māior, alter minor. Dic mihi: num quod animal lupō similius est quam canis? *A.*: Certē nōn est.

B.

